

ram causæ cognitionem, wohl beurlauben
den mögen. Da es auch hier billig heissen
salus ecclesiarum, *Idem* Rexus fidelium sup
lex esse debet, qua omnes aliæ leges
tantur et restringuntur, welches um dest
licher geschehen kan, wenn durch längern
zug viele Unordnungen, aus Mangel der
gen inspection, bey denen Gemeinden einreissen,
welchem nicht anders als mit Beurlaubung eines
bereits viele Monath suspendirten und in sei
ner Halsstarrigkeit verharrenden Geistlichen vor
gebeuet werden kan, da im Gegentheil, wenn
die Untersuchung allemal durch einen ordentli
chen inquisitionis-proceß gehen und durch Ur
thel ausgemachet werden solte, viele Jahre dar
über verlaufen, und ein solches wichtiges Amt
unbesetzt bleiben könnte, welches dem Endzweck
der Christlichen Religion und aller Seel-Sorge
zu wider lauffet; und da nun 4) einem Evange- 28
lischen Landes-Herrn das Beste seines Landes,
und absonderlich derer Christlichen Gemeinden
billig am Herzen lieget, daß die so nöthige Seel-
Sorge dabey nicht vermindert, versäumet, und
durch allerhand tramites et prætextus hindan
gesetzt werde, ihm auch, zu solchen so guten und
löblichen Zwecke zu gelangen, alle Mittel erlau
bet seyn müssen, obgleich solche von dem via or
dinaria iudiciali abweichen, cum princeps
sit legum suarum arbiter non minister; be
vorab da 5) dergleichen Beurlaubung derer 29
Kirchen-Diener nicht ungeröhnlich in unseren
Kir.

A
56500(103)



bleiben solte, solcher am besten per iuramen-
tum purgatorium, als welches in denen älte-
sten Zeiten in dergleichen Fällen allein übrig ge-
blieben, elidiret werden könne, damit dadurch
offenbahr werde, daß er irreprehensibilis sey:
9 außer dem aber 6) die intendirte dimission
bey solchen Umständen eine implicita et indi-
recta remotion seyn möchte, die nur hono-
10 ris gratia und fast eben so bewandt zu seyn
scheinen will, als wenn demjenigen, der die re-
motion meritiret, unter den Fuß gegeben
wird, daß er selber resigniren muß, als wel-
ches in effectu eine remotion ist, und sine
sufficiente causa legitime probata nicht ge-
schehen kan,

c. 10. X de excess. prælat.

c. 6 et 9. de concess. præb.

ja aus vielen andern Ursachen diese intendirte
dimission alhier zweifelhaftig gemachet werden
11 könnte, da 7) er sein Amt, als Superintendens,
zwar von Ew. Hochfürstlichen Durchlauchtigkeit
hat, aber dabey Oberpfarrer bey der vornehm-
sten Stadt- und Pfarr-Kirche ist, welchem der
Rath sowol für sich, als die Reformirte Bür-
gerschaft unterthänigst denominiret und vor-
schläget, und die vocation zu solchem Ober-
Pfarramt ihm in gewöhnlicher Form ausstellet,
und darauf selbe zur gnädigsten confirmation
Ew. Hochfürstlichen Durchlauchtigkeit præsen-
tiret, wie solches der religions-recess vom 4.
Oct. 1701. deutlich darleget, daraus aber er

Bœhm. Cons. T. III. P. I.

D. JOAN. FECHTII,
THEOLOGI QUONDAM APUD ROSTOCHIENSES
CELEBERRIMI, DEQUE UNIVERSA ECCLESIA
PURIORRE IMMORTALITER MERITI,
SELECTIONUM
EX
UNIVERSA THEOLOGIA
CONTROVERSIARUM
RECENTIORUM PRÆCIPUE
SYLLOGE

IN
ACADEMIA LUDOVICIANA
IN USUM DISPUTANDI EXERCITIORUM
COLLEGIORUMQUE PRIVATORUM
DENUO EDITA

A
**D. REINH. HENRICO
ROLLIO,**

PROF. THEOL. PUBL. ORD. SENATUS ECCLESIASTICI
ASSESSORE AC DIOECESEOS ALSFELD. SUPERIN-
TENDENTE, FACULT. THEOL. H.T. DECANO.

GIESSÆ,
APUD JOANNEM MULLERUM,
A. MDCC XXXVI.



LE

A

voluit
capit
ira du
tens
Theol
refellen
muni
equide
roribu
etiam
hendi



EDITOR
LECTORI BENEVOLO

χάρις καὶ χαρὰν.

AD virtutes proprias, quibus, haud secus ac communibus, praefulgere ecclesiae ministrum divus Paulus in epistolis, quas vocant, pastoralibus voluit, non postremo loco pertinet, quando capit ad Titum primi commate nono requirit, ἵνα δυνατὸς ᾖ τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, ut potens sit contradicentes redarguere. Quo ipso Theologiam polemicam, qua hostes veritatis refellere docet, commendare Apostolum, communi haecenus creditum est consensu. Verum equidem est, verbum ἐλέγχειν non semper erroribus intellectus, sed nonnunquam vitiis etiam moralibus sive peccatis oppositum deprehendi, uti inter alia constat ex Joh. XVI, 8.

EDITORIS PRÆFATIO.

1. *Tim. V*, 20. *Apoc. III*, 19. Sed ubi ita constructum, ut in loco nostro, reperitur, errorum intellectus refutationem idem designare, dubio caret. Nec enim per τῆς ἀντιλέγοντας alii indignantur, quam qui saniori doctrina contradicunt, aut eam oppugnant; quorum proinde errores refellendi sunt, ut veritas, divinitus nobis commendata, pretiosi instar depositi, sancte custodiatur. Eodem plane sensu & alibi vox illa sumitur. Ita Paulus, vitam Judaeorum consuetudinem notaturus, *Rom. X*, 22. Deum omni die manum suam extendere testatur, πρὸς λαὸν ἀπειθῆντα καὶ ἀντιλέγοντα, ad populum incredulum & contradicentem, divina nempe veritati, quae ea seria intentione illis annuntiabatur, ut converterentur aeternumque salventur. Eodem similem in modum illis, quae a Paulo dicebantur, contradicere perhibentur *Act. XIII*, 45. in hac verba: ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τῷ Παύλῳ λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ ἐλασφημῶντες. Neque alio modo passiva verbi huius forma adhibetur. Sic *Act. XXII*, 22. Judaeorum, Roma degentium, primores Paulo significasse dicuntur, de religione Christianorum, quam sectam vocant, manifestum

stum
ubiq
muna
tur e
cont
gius
cont
imo
eode
man
aliter
quam
ut an
tu co
cime
ind
gue
ref
res
qui
dece
deci
fici
han
acri
arte

stum sibi esse, ὅτι πανταχῶς ἀντιλέγεται, quod ubique illi contradicatur. Ipse quoque mundi Salvator Luc. II, 34. positus dicitur εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, in signum, cui contradicatur, id est, ut bene notavit Georgius Pasor h. v. contra quem ceu scopum tela contradictionum suarum hostes dirigunt. Quin imo ἡ ἀντιλογία vocabulum, inde deductum, eodem usurpari sensu, ex epist. Jud. comm. II. manifestum est. Quare firmiter concludimus, aliter exponenda non esse Apostoli verba, quam de adversariorum refutatione. Quod ut amplius pateat, sequentia ex illorum contextu conferre juvabit. Et commate quidem decimo, immediate nostrum sequente, causam indicaturus Apostolus, propter quam redarguendi sint contradicentes, multos esse docet refractarios, vaniloquos ac mentium deceptores, quibus oporteat os obturare, tanquam qui totas domos pervertant, docentes que non deceat, turpis lucri causa. Mox commate duodecimo testimonium Epimenidis parum honorificum de Cretensibus adducit, suoque calculo haud obscure approbat, jubens Titum, ut acriter eos arguat, quo sani sint in fide, non attendentes fabulis judaicis, & mandatis homi-

EDITORIS PRÆFATIO.

hominum, averfantium veritatem. Pulchre hæc ita παραφράζει b. Fechtius ad h. l. Sunt enim etiam in Cretensium ecclesiis multi refractarii, qui veritati, ipsis dilucide proposita, vel ex toto, vel ex parte resistunt, variis argumentorum multiloquiis simpliciorum animos decipientes, & hi maxime ex circumcissione, vel qui adhuc sunt, vel qui quondam fuerunt Judæi. His, opus est, ut solidis disputationibus ora obturentur. Quippe qui non pro se tantum errant, sed integras domos falsa doctrina pervertunt, ea, quæ minime vel decent vel conducunt, docentes, idque fœdi tantum lucri causa. De quorum moribus unus ex propriis ipsorum prophetis testimonium dixit: Cres semper mendax, mala bestia, venter iners est. Quod equidem, utcumque alias mendaces sint Cretenses, omnino verissimum esse deprehenditur. Quamobrem eosdem exacte refuta, neque ullum ipsis errorem pacis amore condona, ut in fide Christiana, perinde ut reliqui, sani reddantur. Nec amplius, saniores redditi, attendant Judaicis fabulis, aut mandatis hominum, veritatem divinam averfantium, & Pharisæo-

risæoru
ferenti
pro Th
non ut
est, in
minist
partem
quoque
da ac
ventut
ciunt,
ta cum
belloru
scientia
etate
opus e
mus t
in mi
tem ub
mōq̄
te mon
lumen
runt,
tat oc

EDITORIS PRÆFATIO.

rifaorum exemplo suas traditiones eidem præ-
ferentium. Cum igitur validissimum hinc
pro Theologia polemica enascatur argumentum,
non, utile solum, sed & summe necessarium
est, in eo a futuris elaborari theologis, ut,
ministerio olim admoti, etiam quoad hanc
partem, officio suo facere possint satis. Illi
quoque ex Doctorum numero, quibus forman-
da ac ad ministerium præparanda studiosæ ju-
ventutis demandata est provincia, rem fa-
ciunt, munere suo apprime dignam, si, jux-
ta cum aliis, in quibus erudiri illam oportet,
bellorum cum hostibus veritatis gerendorum
scientia eandem imbuant. Et nostra quidem
ætate, si recte sentio, ejusmodi vel maxime
opus est diligentia. In ea namque incidi-
mus tempora, ubi veritatis cælestis professio
in minimis ponitur a multis: qui dum pieta-
tem ubique crepant, nil tamen habent præter
πίεφωσιν τῆς ἐνοεσίας, cum pietas sine verita-
te monstrum sit informe, immane, ingens, cui
lumen ademptum. Nonnulli pietatem præse-
runt, ac, ne sinistre de illis suspicandi suppe-
tat occasio, veritatem magnopere commen-

EDITORIS PRÆFATIO.

dant, sed contrario instituto, quo fanaticis ubique patrocinantur, atque indoctis, tametsi crassiores, in sinum recipiunt, intimaque illorum familiaritate fruuntur, abunde, quanti faciant veritatis custodiam, ostendunt. Sed & in immensum hodie excreverunt controversia, & præter veteres, recentiores agitantur quam plurima, quarum intuitu majori, quam vel unquam antea, opus est studio in Theologia polemica tractatione, omnique contentione id agendum, ut vera Scripturaque conformis in omnibus sententia teneatur, propugneturque adversus deliriorum quorumvis defensores. Qui, e sanctioris disciplina cultoribus, ecclesiae Dei olim inservituri, segnius hic suo funguntur officio, posthabitisque magis necessariis omnem, ad conciorandi artem, operam conferunt, more gravissimis, inde a Luthero, Theologis vehementer improbato, & ut nihil omnino sciant, faciunt, & verbi ministerio semet prorsus reddunt indignos. Neque enim ecclesiae ministrorum tueri rite poterunt partes, nisi requisita ab Apostolo adversarios redarguendi facultate

tate
rem e
tur,
ecclesie
hæc
num.
isque
tenti
putat
firmat
ex v
tes.
iteru
polem
mis
serat
Jo.
trove
enim
privat
trove
in h
mista
cont

EDITORIS PRÆFATIO.

tate polleant. Laudem proinde haud vulgarem ex Academia nostra civibus illi promerentur, qui, ut jure quodam suo locum inter ecclesie ministros aliquando teneant, summa haectenus ope annisi sunt, ac annituntur etiamnum. Hi enim, lectionibus dogmaticis, aliisque futuro theologo necessariis, minime contenti, collegium in universam Theologiam disputatorium flagitarunt, plurimum sic confirmari posse notitiam, quam de rebus sacris ex variis praelectionibus hauriunt, existimantes. Quibus gratificaturi, postquam semel iterumque b. Rudrauffii nostri Theologiam polemicam, superioribus annis, cum lectissimis quibusdam juvenibus, disputando excusseramus, eidem instituto in posterum dicare Jo. Fechtii, Theologi summi, Syllogen controversiarum, consultum duximus. Quaecumque enim in Lectionibus suis, publicis pariter ac privatis, tum ad veteres tum recentiores controversias enodandas, attulerat vir beatus, ea in hac Sylloge miro artificio in compendium misit, brevibusque lineis praecipua plerarumque controversiarum fundamenta propinavit.


Quo

EDITORIS PRÆFATIO.

Quo factum est, ut non solum sæpius illa recuderetur, magnoque in pretio ab omnibus haberetur, sed & in aliis Academiis præcipui quidam Theologi, tum ad habenda in illam collegia privata, tum instituenda exercitia disputatoria, eadem uterentur. Quorum exemplum secuti & nos, in Archigymnasio Tremonienſi, ubi non alia, quam Academica methodo, ad Ministerium ſacrum præparari ſolet ſtudioſa juventus, vicennio abhinc, in hanc Syllogen de novo impreſſam, collegia leſtorica ac diſputatoria habere cœpimus, & aliquot per annos continuavimus, eo quidem cum ſucceſſu, ut plurimi, ad mûnera ſacra dudum admoti, fructum inde ſe percepiffe ingentem teſtati ſint. Faxit Deus, ut hæc opera noſtra hic quoque ſtudioſa juventuti, cujus uſibus conſecrata eſt, commoda adferat nunquam pœnitenda! Gièſſa e muſeo Kl. Jan. A. R. S.

MDCCXXXVI.

No-



Nomina

Nobilissimorum Studiosorum,

Quibus

de Sylloge hac sententias suas prima
vice conferre constitutum est.

JOANNES THEODORUS ERBEN,

Altena Marco - Westfalus.

ELIAS LUDOVICUS KIRSCHBAUM,

Gießensis.

JOANNES GEORGIUS BUFF,

Steinbaco - Hassus.

JOANNES DANIEL BLUM,

Ysenburgo Büdingensis.

JOANNES FRIDERICUS BENDER,

Kirchhayna - Hassus.

JOANNES PAULUS MÖLLER,

Grebenavia Hassus.

HEN.

No.

HENRICUS MARTINUS HAMMES,
Braubaco Darmstadinus.

JOANNES BEZIVS,
Grünberga Hassus.

JOANNES HENRICUS CHRIST.
KLOEBER,
Homburgo ad Marcam Westfalus.

JOANNES GEORGIUS CASIMIRUS
LAUCKHARD,
Reichelshemio Wetteravus.

JOANNES HENRICUS HEUSER,
Grünstadio Palatinus.

JOANNES JACOBUS FENNER,
Lauterbacensis.

JOANNES CASIMIRUS ENGEL-
BACH,
Felda - Hassus.

JOANNES LUDOVICUS FRANCK,
Giessensis.

ADOLPHUS ALBERTUS DIP-
PELIUS,
Hasso - Niederamstadinus.

STL



CC

ST



III.

II.

Spiritu

sens est

tum in

-III.

III.

cunqu

Literis

prehe

MES,



SYLLOGES
 CONTROVERSIA-
 RUM

DISPUT. I.

de

STUDIO THEOLOGICÆ.

I.



Theologiae studium, ut studiis
 ceteris omnibus eminentius est, ita animo sanctio-
 re quam cetera omnia tra-
 ctari merito debet. Exod.

III. 5.

II. Huic studio quoties incumbitur,
 Spiritus S. in verbo lecto gratia sua præ-
 sens est, illudque ad finem salutarem, quan-
 tum in se est, dirigit. Jac. I. 17. 2. Tim.

III. 16.

III. Nunquam igitur Theologia, quo-
 cunque modo accepta, dummodo ex S.
 Literis hausta, mero naturali studio com-
 prehenditur.

A

IV.

S,

LIT.

us.

IRUS

SER,

NER,

GEL.

NCK,

DIP.

STL

IV. Etiam irrogenitorum Theologia, e S. Literis accedente humano studio comparata, est a Spiritus sancti gratia. 1. Cor. 11. 14.

V. Quanquam ob impedimentum, ab homine positum, non semper ad gratiam usque sanctificantem procedat. Act. 7. 51.

VI. Majori ideo jure Theologia, etiam in impio existens, vera Theologia, si S. Literis conformis sit, dicenda est, ac Theologia naturalis, quam veritatis nomine dignatur Paulus, Rom. 1. 18. 25.

VII. In eminentiori tamen significato Theologia cum pietate conjuncta veræ Theologiæ titulum meretur, dum simul finem, omni Theologiæ præstitutum, actu ipso possessum in se complectitur. 1. Joh. 11. 4.

VIII. Non necessarium est Theologo, ut apodicticis semper utatur argumentis.

IX. Immoderata prurigo, novas vel circa doctrinam theologiam, vel circa Scripturarum interpretationem, proponendi propugnandique sententias, tanquam scandali plenissima, a Theologo merito exulare debet. 2. Tim. 4. 3. 4. 1. Cor. 11. 9. 13.

X. Ana

X.
thodu
scienti
König
XI.
diolo
philo
quari
debet
XII
logica
hacten
intime
men i
König

THE
dem
studii
II.
thera
dicta

X. Analytica tractandi Theologiam methodus accuratissima est, et juvandæ discipulorum memoriæ apprime accommodata. Königius.

XI. Studium Biblicum a Theologiæ studio præferri studiis reliquis omnibus, philosophico, philologico, curioso, antiquario, polemico, postillatorio, omnino debet. 2. Tim. 1. 11. 15. 16. 17.

XII. Nunquam ad solidam rerum theologiarum notitiam perveniet, qui studia hæcenus recensita cum scripturario non intime junxerit. Postillatorium tamen inter omnia minimum parit fructum. Königius.

DISPUT. II.

de

THEOLOGIA.

I.

Theologia est notitia veritatis divinitus revelatæ, cum promptitudine eandem defendendi, ad salutem æternam et studium veræ pietatis directæ. Tit. 1. 1.

II. Hinc Academica et Scholastica Lutheranorum Theologia vera proprieque dicta Theologia est; veræ autem Theolo-

giæ nomen non meretur Theologia quorumlibet hæreticorum, qua talis est.

III. Vera Theologia revelata nunquam sine lumine Divino, seu gratia hominem illuminante, consistit, quanquam homo ipse per eam non semper ad salutarem usque fidei et sanctitatis gradum illuminetur. Joh. 1. 9.

IV. Theologia quoad necessarios fidei articulos, cum in se tum ratione testimoniorum Scripturæ, ex quibus illi educuntur, Divinam habet certitudinem, in ceteris certitudo illa absolute necessaria non est. Luc. 1. 4.

V. Sine omni controversiarum notitia ne intelligi quidem Theologia, a nobis definita, potest.

VI. Theologia viæ a Theologia patriæ gradu tantum, non essentia differt. 1. Cor. XIII. 9. 10. 12.

VII. Theologia Catechetica, si sumatur, ut litera sonat, non est fundamentum conciliandi Photinianos cum Christianis, et Papistas cum Catholicis. Hebr. VI. 1.

IIII. Non datur Theologia theoretica, voce pressius accepta, quia et principium Theologiæ proprium, et medium assequendi finem Theologiæ utrumque, in definitione

tione
quoad
2. Tim
IX.
non
cantil
X.
plus
adific
XI.
necess
pie ill
XII
literar
ritus
ne, e
tiam

U
II
mora
Prop

tione expressum, quoad priorem analogice, quoad posteriorem univoce practicum est.

2. Tim. III. 15. 16.

IX. Dona in Theologo administrantia non semper conjuncta sunt cum sanctificantibus. Phil. I. 15. 16. 18.

X. Theologus tamen notorie impius plus sæpe destruit vita scelerata, quam ædificat scientia orthodoxa.

XI. Theologia Systematica hodie ita est necessaria, ut ea carere nequeamus, et impie illa suggilletur.

XII. Theologus, etiam irrogenitus, non literam tantum, sed verum Christi et Spiritus S. sensum, præcisa salutari applicatione, ex Scriptura haurire per Divinam gratiam potest. Luc. XII. 47.

DISPUT. III.

de

RELIGIONE.

I.

UNa sola religio vera est, et salutem præstat. Act. IV. 12. Matth. XII. 30.

II. Naturalis religio, qua et gentiles moratiores salvati esse dicuntur, quam et Prophetæ hodierni et Prophetissæ com-

mendant, spectrum est in oculis Divinis.

1. Cor. 11. 14. Eph. 11. 3. Tit. 111. 5. 6. 7.

III. Nulla religio, publica professione hodie a Lutherana separata, cum eadem in fundamento concordat.

IV. Religionum igitur Syncretismus, aut saltem tolerantia, qua errores veritati adversi nec rejiciuntur, nec refelluntur, summo studio vitanda est. 2. Cor. VI. 14. 15. 16.

V. Religio Fanatica, quo magis pietatis specie blanditur, eo severius fugienda est. 2. Tim. 111. 5.

VI. Sociniana Ecclesia et Ariana hodierna, quia mysterii Divinitus revelati nihil credunt, Ecclesiæ Christianæ non sunt. Eph. 1 v. 4. 5. 6.

VII. Qui itaque e Socinianis et Arianis ad Ecclesiam nostram accedunt, rebaptizandi sunt, si fuerint baptizati, quia baptismus est beneficium, soli Ecclesiæ Christianæ concessum. Ibid.

VIII. Fratrum spiritualium titulo, qui ejusdem fidei confessione uniti sunt, rectius appellantur, quanquam non sint regeneriti, quam qui doctrinam tenent, nobis adversam, etsi vitam hi ducant inter Christianos honestam. Eph. 1 v. 3. 4. 5.

IX. Re-

IX.

qua co
vana e
infito.

Jac. 1.

X.

dio co
religie
fructu

lus De

creatu

XI.

opera
operib

11. 8

XI

Mon

xv. 9

SA
SS
hodi
nequ

Divinis.
. 5. 6. 7.
fessione
eadem

IX. Religio, quantumlibet orthodoxa, quæ comitem non habet vitæ sanctitatem, vana est, id est, a scopo, religionis indoli infito, aberrat, fructuque salutis caret. Jac. 1. 26.

etismus,
veritati
lluntur,
. VI. 14.

X. Religio, cum bonorum operum studio conjuncta, sola vera et immaculata religio est, si comparetur cum vana et fructu suo destituta: quemadmodum solus Deus bonus est, si comparetur cum creaturis. Jac. 1. 27. Matth. XIX. 17.

is pieta-
ugienda

XI. Religio tamen vera est, antequam opera ei accedere concipiantur, cum ex operibus tantum vera esse arguatur. Jac. 11. 8.

na ho-
evelati
æ non

XII. Nil minus religionis nomine quam Monachatus Pontificius dignus est. Matth. XV. 9.

Arianis
rebapti-
, quia
Ecclesie

DISPUT. IV.

de

SCRIPTURA SACRA.

I.

lo, qui
nt, re-
fint re-
t, nobis
er Chri-

SAlva principii Theologici, quod est Scriptura S. unitate, neque agnosci ullæ hodie revelationes pro immediate Divinis, neque judicium de iis suspendi potest.

A 4

II. Quig-

IX. Re-

II. Quicquid immediate a Deo revelatur, et intra conscientiam pro tali revelatione sine formidine oppositi agnoscitur, id quoad vim obligandi ad credendum parum prorsus habet cum Scriptura auctoritatem, licet canonicum non sit. Joh. XIX. 47.

III. Inspirata sunt sacris Spiritus amantibus et verba et res quælibet, etiam minutissimæ, non quidem semper ad sciendum, tamen semper ad scribendum. 2. Tim. III. 16. 2. Petr. I. 21.

IV. Non loquitur Scriptura ad erroneum vulgi captum, ut Belgæ nonnulli, multo minus ad affectum vulgi et credulitatem, quæ in se falsa sunt, dicat, ut novissime Burnetius audacissime deliravit. Joh. XVI. 13. 1. Joh. V. 6.

V. Prona vel ad Naturalismum vel ad Atheismum via est, manifestas Scripturæ historias et miracula in allegorias et effectus naturæ convertere.

VI. Omnis sensus Scripturæ ex Spiritu sancti, sensui intime conjuncti, intentione et operatione salutaris est, h. e. ad salutem hominis efficiendam tendit, Rom. I. 16. quanquam in effectu propter oppositum obicem nonnunquam reddatur non salutaris.

VII.

VI.
Script
quam
non i
plicat
VII
nera
ram
quan
Eph.
IX
Script
clarif
X.
litera
rius
nun
X
vela
lata,
aqui
XI
blior
aut
in i
possi
et se

VII. Non potest ad veritatem sensus Scripturæ sine illatione Enthufiasmi quicquam requiri, quod ipsa litera intellectui non ingerat, præcisa salutari ejusdem applicatione.

II. X. Homo irregentus, ad statum regenerationis tendens, a Spiritu S. per Scripturam in plurimis vere illuminatur, antequam fidem plene et salutariter concipiat. Eph. III. 9.

IX. Fanaticum est, venditare sensus Scripturæ mysticos, non ab ipso Spiritu S. clarissime monstratos.

X. Nunquam verbum Divinum in se litera mortua est, nec Divina virtus exterius eidem accedit, cum Deus a verbo suo nunquam sit separatus. Hebr. IV. 12.

XI. Conclusio ex una propositione revelata et altera natura nota educta, revelata, non naturalis est, et verbo Divino æquipollet. Matth. XXII. 29. 31.

XII. Correctio perpetua versionis Bibliorum Lutheri vernaculæ, sive in iis, quæ aut exigui aut nullius sunt momenti, sive in illis, quæ sacro textui viciniora videri possunt, non infructuosa tantum est, sed et scandali plena.

DISPUT. V.

de

LIBRIS SYMBOLICIS.

I.

ECclesiæ unitatem adversus luxuriantium ingeniorum proterviam certorum Symbolorum agnitione conservandam esse, omnibus seculis creditum fuit.

II. Ad ejusmodi Symbolorum multiplicationem sine gravibus causis deveniendum non est.

III. Nonnunquam tamen, ex orientibus controversiis, Ecclesiam distracturis, quæ sopiri nullo alio conatu possunt, novæ confessiones necessariae esse intelliguntur.

IV. Adstrictio ad tales libertati filiorum Dei, a Christo ipsis partæ, adversa non est. 2. Tim. 1. 13.

V. Harum subscriptio, nisi novitatum pruritus studio promovere et portam aperire intestinis in doctrina dissensionibus velimus, in omnibus categorica esse debet, non quatenus, sed quia verbo Divino conformes sunt.

VI. Nemo ex eadem causa vel ad officia Ecclesiæ vel ad subscriptionem admitendus est, nisi qui doctrinæ in iis contentæ Divinitatem prævia exploratione agnovit.

VII.

VII. Subscriptio Librorum Symbolicorum obligat ad dogmata in iis contenta, non ad accidentalia alia.

IIIX. Nostri tamen Libri Symbolici, consideratione temporis, quo editi sunt, æque ac Symbola antiquiora sui temporis respectu, ab erroribus immunes merito pronunciantur.

IX. Libri Symbolici accipiendi sunt *in sensu sui fontis, e quo profluxerunt, S. Codicis, auctorum, qui eos concinnarunt, confessorum, qui iis constanter adhaeserunt, et consequentiarum, quas verba posita legitimas admittunt.*
D. Dannh. in Christ.

X. Ut stupenda in Rep. opera et toti Universitati salubria: ita et Libros Symbolicos singulari afflatu Divino conscriptos et Ecclesiae donatos esse, ob peculiaria Divinae providentiae documenta, et salutem totius Ecclesiae per illos promotam, pie dicitur, argumento loci Jud. III. 9, 10.

XI. Cujus rei et doctrinae in Libris Symbolicis intuitu periculosum est, sine adjecta declaratione eos Humana Scripta appellare: cum nec vocationem ad ministerium, si peculiaria Divini nutus signa appareant, humanam sed Divinam vocemus.

XII. Cum

XII. Cum Augustana Confessione Concilium Tridentinum tam conciliari, ac cum ipso verbo Divino, nequit.

DISPUT. VI.

de

ARTICULIS FIDEI.

I.

Fundamentum salutis Christus est, seu doctrina de gratuita remissione peccatorum, per meritum Christi fide apprehensum; quæ vera est et nulli fraudi obnoxia fundamenti acceptio. Eph. II. 20. I. Cor. III. 11.

II. Articulus igitur fidei est, quicquid in hoc fundamento continetur, et sine quo hæc ipsa, quæ in fundamento continentur, neque intelligi neque procurari queunt.

III. Amor DEI et proximi, si veræ Deoque gratæ sunt virtutes, fundamentum jam constitutum consequuntur, tantum abest, ut fundamentum constituent.

IV. Nunquam Scriptura fidem, qua fundamentum conferendæ salutis est, per amorem describit, sed semper per fiducialem apprehensionem gratiæ, merito Christi nitentis. Joh. I. 12. XVII. 8.

V. Au-

V. Augustini illud: *credere est amando in Deum ire; seu credendo Deum amare*, aut a forma sanorum verborum aberrat, aut de effectu fidei, postquam jam justitiam contulit, intelligi debet. Gal. v. 6.

VI. Hæresis est error in fundamento fidei.

VII. Quæ definitio, nisi studio vel tritari velis, vel cœcutire, nihil habet vel ambiguitatis vel obscuritatis vel difficultatis.

VIII. Quo quid majorem cum fundamento fidei et salutis connexionem habet, eo necessarius magis illud est et fundamentalior fidei articulus; quo magis recedit, eo minus habet necessitatis.

IX. Quo magis directe vel fundamentum vel articuli fundamentales convelluntur, eo gravior hæresis est, quo minus, eo tolerabilior.

X. Ut mos, hæresin cuivis dissentienti sine gravi causa imputandi, plane detestabilis est et Ecclesiam præsentissimo excidio exponit: ita conatus, errores quoslibet vel dissimulandi vel excusandi, non levius eidem creat periculum.

XI. *Non minori diligentia forma sanorum verborum, quam ipsa sincera doctrina firmiter retinenda est.* F. C.

XII. Per-

XII. Pertinacia ad formam hæretici refertur, qua is dignus redditur, ut ab Ecclesia excludatur.

DISPUT. VII.

de

ESSENTIA DIVINA.

I.

DEUM definiiri et non definiiri posse, controversia est, in mera λογομαχία et diversa definitionis acceptione consistens.

II. Negativa tamen, ut omnis exulet offensio, præferenda est affirmativæ, nec hæc defendenda est unquam.

III. Essentia Divina una est, unitate numerica et singulari.

IV. Digna est ingenio Böhmianno Dei descriptio per *æternum nihil*: et æque tenebrosa sectatorum ipsius interpretatio, quod Deum concipere absque respectu ad creaturam, sit nihil concipere.

V. Notitia Dei naturaliter insita est perfectio habitualis, qua quamprimum terminos intelligit homo, naturali non tam facilitate quam necessitate, citra ullum ex effectu ad causam discursum, propositiionibus de DEO veris assentitur. Rom. I. 19. 20. cap. II. 14. 15.

VI. Vox

VI. Vox יהוה ratione originationis suæ, a DEO ipso expositæ Ex. III. 14. essentialem DEI conceptum, qui est a se esse, seu independentiam exprimit.

VII. Dantur Athei speculative tales.

III. Nemo hominum naturam suam ita exuere potest, quin aliquando stimulis de Divina existentia compungatur.

IX. Per justitiam sibi essentialem Deum non posse peccata sine præstita sibi satisfactione dimittere, idque naturam ipsam docere, evidenter Paulus demonstrat Rom. I. 32.

X. Verius est illud Augustini, inque natura ipsa fundatum: quo plus Deum cognoscimus, eo plus amamus, quam illud Fanaticorum: quo plus Deum amamus, eo plus cognoscimus.

XI. Attributa Divina de DEO propriissime dicuntur, utcunque sint incomprehensibilia.

XII. Deum improprie lucem esse, recte colligitur ex I. Tim. VI. 16.

DISPUT. IIX.

de
PERSONIS DIVINIS.

I.

Persona est suppositum intelligens; quæ est definitio nec intricata, nec quæ intelligi nequeat. Quin simplex etiam homo, Patrem, Filium, Spiritum audiens, supposita intelligentia concipit, quanquam personæ definitionem ignoret.

II. Nil impedit, hoc ipso, ceu naturali suo significato, vocem *ἰσωςάσους* seu personæ accipi. Hebr. 1. 3.

III. Non potest personæ termino, a tertio usque sæculo a tota Ecclesia usurpato, infensus esse, nisi qui ipsi mysterio Patris, Filii et Spiritus S. sit infensus, idque cum Socinianis ex Ecclesia eliminatum cupiat.

IV. Personarum Trinitas exauditur, quam primum a non occupato Apostoli verba audiuntur, 1. Joh. v. 7.

V. Personarum Trinitatem crediderunt Patres Ante-Niceni, quanquam in exprimendis personarum differentiis solida verborum sanitate non semper fuerint usi.

VI. Frustra illa in DEO Trinitas in gentilium scriptis quæritur. Recte Jac.

Tho.

Thom.
qui disc
stiana i
qui ten

VII
proban
plane

IIX
rentis
prietat

textu t
superen
menta

IX.
dit. J

X.
esse,
lio di

XI
differ
tionis

person
tatem

XI
dum
tur, r

nisi i
ordin

Thomafius: *melius de fide sacra merentur, qui discordiam profanae Philosophia cum Christiana intercedentem fideliter detegunt, quam qui tenebras inter et lucem paciscuntur.*

VII. Argumenta, quæ ex ratione pro probando Trinitatis mysterio adducuntur, plane contrarium evincunt.

IX. Si Divinitas angeli in V. T. apparentis per argumenta, ex nomine et proprietatibus DEI desumpta, et angelo in textu tributa, non evincitur, nulla in N. T. supererunt pro Divinitate Christi argumenta.

IX. Spiritus S. a Patre Filioque procedit. Joh. xv. 26.

X. Generationem Filii DEI impropriad esse, longe periculosissime ab H. A. Roelio dicitur, contra Joh. i. 18.

XI. Qui in operibus ad extra, præter differentiam ordinis, quamcunque operationis inæqualitatem respectu Divinarum personarum asserunt, Divinæ essentiæ unitatem lædunt. Joh. v. 17. 19.

XII. Creatio, Redemptio, Sanctificatio, dum appropriari Divinis personis dicuntur, ratio appropriationis non potest quæri, nisi in similitudine ordinis operum cum ordine personarum.

DISPUT. IX.
de
CREATIONE.

I.

Qui mundo æternitatem adscribunt, vel absolute, ut Spinoza cum Atheis et quibusdam e Reformatis recentioribus, vel secundum quid, ut Burnetius, gentiles nanias Divinæ revelationi præponunt.

II. Intolerabile est in eodem Burnetio, totam fere creationis et antediluvianam historiam in meras fabulas, rudi Judæorum populo pascendo a Mose excogitatas, converti.

III. Et Præadamitarum figmentum, jamdiu explosum, his deliriis ex inferis iterum revocari.

IV. Mundum initium habere adeo rationi evidens est, ut repugnet creaturam ab æterno creari.

V. Hoc nisi fit, convinci intestabilis erroris Athei ex natura non poterunt.

VI. Aquas supracælestes existere omnino credendum est, si simplicitati Scripturæ, quæ sacrosancta nobis esse debet, inhærere velimus. Gen. 1. 6. f.

VII. Terram item consistere et sidera moveri. Jos. x. 12. 13. Eccl. 1. 4. 5.

IIIX. Lu-

IIIX
Philo
tellur
IX.
Politie
clesia
vis fe
XIIX
X.
utpot
tionu
spectu
judici
nere
bent
natu
buer
X
creat
XI
mine
pradi
impe
cond
versa
libet
omn
gunt

IIIX. Ludibrio se et Theologorum et Philologorum exposuit, qui indicia motus telluris novissime in Scriptura venatus est.

IX. Astrologia judiciaria, tot legibus et Politicis et Ecclesiasticis ex imperiis et Ecclesia exacta, iniquissime hodie in quibusvis fere Calendariographis toleratur. Deut. **XIIX. IO. II. 14.**

X. Utcunque excessus naturæ quilibet, utpote ventorum, tempestatum, inundationum violentia, ita et Cometæ, ipso adspectu suo horrorem nobis incutere, iræ judicii que Divini super peccata nos admonere et ad pœnitentiam nos invitare debent; vis tamen aliqua peculiaris et supernaturalis, futura fata significandi, iis attribuenda non est. Psal. **CXLIX. 8.** Jer. **X. 2.**

XI. Creationis universi finis est gloria creatoris. Prov. **XVI. 4.**

XII. Quæ quia ex rebus corporeis a nemine rectius quam ab homine agnosci et prædicari potest, fines creationis omnes in imperscrutabili sapientiæ Divinæ abyfso reconditos esse dicendum non est, sed universa potius ob hominem, et terrena quælibet, pleraque etiam cœlestia, et forte omnia in ejus usum condita esse intelliguntur. Deut. **IV. 19.**

DISPUT. X.
de
A N G E L I S.

I.

Qui cum Balthaf. Bekkero vel angelis bonis malisve parum esse cum rebus humanis negotii, vel unum forte tantum in hoc mundo existere diabolum, propugnant, omni tamen vi sua diabolorum chiliadas ex mundo exigere non possunt.

II. Quam sententiam, ejusque fundamenta, pronam sternere viam ad Scripturarum sacrarum contemptum ipsumque Atheismum, dubitari nullo modo debet.

III. Idem incurrit periculum, qui cum Vandalio oracula Gentilium omnia meras sacerdotum Gentilium fraudes et præstigias fuisse, contra clarissimam historiæ fidem asseruerit.

IV. Stupida est recentis hominis persuasio, angelos ita in animam hominis penetrare posse, ut et secretas ejus norint cogitationes. Jer. xvii. 9. 10.

V. Angeli intra hexaëmeron conditi sunt, Hiob. xxxiix. 7. Quo die? nec probabiliter quidem sciri posse putamus.

VI. Eorum notitia ex naturalibus argumentis probabilissime elucescit.

VII. In

VII. In assumptis corporibus neque edere proprie et bibere, neque generare possunt.

IIIX. Non negandum est, quosdam morbos obsessioni Dæmoniacæ perquam esse similes, nunquam tamen fieri posse putandum est, ut naturali morbo affectus linguas loquatur, quas nunquam audivit didicitque.

IX. Bekkeriana ista temeritas, quæ obfessiones omnes, in Sacris relatas, pro symptomatibus naturalibus habet, profanæ S. Literarum tractationis jure condemnatur.

X. Non absurdum est, hominibus a dæmone obsessis certis in casibus naturalia quoque applicari medicamenta, argumento historiæ, Matth. xvii. 15. s. recensitæ.

XI. Si dantur angelorum ordines, ut revera dantur, dantur et Archangeli.

XII. Si locus I. Thess. iv. 16. omnium simplicissime, ut litera primo intuitu præfert, accipiatur, Archangelus creatus intelligitur.

DISPUT. XI.

de

PROVIDENTIA.

I.

Qui Divinæ providentiæ veritatem hodie, in Gallia præcipue, inficiantur, Philosophorum gentilium omnium deterrimos sequuntur, a cæteris Sectis plerisque ideo flagitiosæ impietatis accusatos.

II. Qui providentiam negat, nihil causæ habet, cur aut Deum credat, aut virtuti studeat.

III. Frustra castigatur conservationis trita descriptio, qua dicitur esse continuata creatio.

IV. Gubernat Deus mundum absoluto et independente ab alio quovis, sese superiore, imperio, sed justissimo. Rom. ix. 20. 21. 22.

V. Summa stultitia est, sublunaria, quæ quasi theatrum sunt infinitarum mutationum, eximere gubernationi Divinæ, et eidem subjicere cœlestia, a mutatione aliena.

VI. Concurrere Deum frequentissime cum actionibus humanis extra ordinem, easdem vel flectendo vel determinando, Divinæ promissiones et comminationes,
immo

immo
tissime

VII.

currit I

lus ve

minat.

IIX

reddidit

IX.

ita sub

dem re

v. 20.

X.

durabo

cula r

ich) r

XI

tibus

otiofo

XII

mentu

vestigi

immo ipsa eventuum consideratio, aper-
tissime arguunt.

VII. Ad peccatum permittendo con-
currit Deus, et actionem sustentando; so-
lus vero homo ad eandem sese deter-
minat.

IIIX. Non ideo creatura independens
redditur.

IX. Nunquam gratiam suam peccanti
ita subtrahit Deus, quin ea mensura eun-
dem revocet, qua converti possit. Rom.
v. 20.

X. Ubi in Sacris de DEO legitur: *in-
durabo cor Pharaonis*, commodius in verna-
cula nostra vertitur: *ich werde, quam:
ich wil Pharaonis Herz verhärten.*

XI. Nec Deus operatur omnia ferian-
tibus creaturis, nec creaturæ agunt omnia
otioso existente DEO.

XII. Si Deus manum suam vel ad mo-
mentum rebus quibuslibet subtraheret, e
vestigio reciderent in nihilum.

DISPUT. XII.

de

VISIONE DEI BEATIFICA.

I.

SI dictatum justitiæ Divinæ naturæ ipsi impressum est, Rom. 1. 32. sequitur, per eandem naturam liquido innotescere, dari aliam post mortem hominis vitam.

II. Non nudæ probabilitatis argumenta, idem confirmantia, sunt innatus omnibus naturæ instinctus, etiam post hanc vitam aliquid vel metuentis vel sperantis, et moratorum gentilium consensus.

III. Nimis profanum est dicere, in V. T. de vita æterna nihil fuisse aut revelatum aut creditum.

IV. Specialem hujus vitæ rationem sola revelatio exponit, quanquam ob ejus eminentiam et majestatem non omnia sint revelata. 1. Cor. 11. 9.

V. Felicitas futuræ vitæ visione DEI exprimitur, non oculari, sed intellectuali, interprete Apostolo 1. Cor. XIII. 12.

VI. Primus igitur et essentialis beatitudinis conceptus est notitia DEI perfectissima et eminentissima, amorque Divini numinis intensissimus et indefecatus. Joh. XVII. 3. B. Königius.

VII.

VII. Quæ quia in hac quoque vita, quanquam inferiori gradu, inveniuntur, 1. Cor. xiiii. 9. Col. iii. 10. vita æterna quoad essentialia partes etiam credentibus in hac vita adscribitur, 1. Joh. v. 11. s. Hülsemannus, Schmidius, Osiander.

IIIX. Quoad perfectionis gradus et bona vitæ illius nondum revelata, Rom. ix. 18. beatitudo fidelium salus est in spe, v. 24.

IX. Utramque salutem, et inchoatam et consummatam, eamque totam, Christus promeruit fidelibus et contulit. Tit. 1. 4. 5. Matth. xxv. 21.

X. Laudanda est B. D. Königii modestia, dicentis: *Ipsam Divinam essentiam glorificatis corporis oculis visum iri in altera vita, nec præfracte negandum, nec ut apodicticum asserendum, sed futura potius experientiæ reservandum est.*

XI. Probabile est, Paulum adhuc viatorem, quoad animam ad plenam gaudiorum cœlestium perceptionem admissum fuisse. 2. Cor. xii. 4.

XII. Magno certe argumentorum pondere D. Dannhaverus: *Licet cælo beatorum in creaturis nomen locumque simpliciter denegare nolimus, quod a DEO fabrefactum, Hebr.*

χι. ιο. ἀχειροποίητον (τῷ α priv. nempe non ad ποιήσιν sed ad χεῖρα reflexo) 2. Cor. v. 1. α πῆ damnatorum distinctum, Ep. Jud. v. 6. in quod Elias sublimatus, Paulus raptus, quo datur aliud ὑψιλώτερον, adeoque Divinum, a creato distinctum: quis tamen ausit creatio- nis tempus diemque designare? quis ad hexaë- meron restringere?

DISPUT. XIII.

de

MORTE ÆTERNA.

I.

ANimæ demortuorum a tempore ex- cessus sui non dormiunt in loco sta- tuve tertio, sed vel cœlesti gloria vel pœ- nis infernalibus afficiuntur. Luc. xvi. 23. 2. Cor. v. 8.

II. Major tamen futura est in resur- rectione et pœna et gloria, tum diffusione ejusdem ad corpus, tum intensione. Hiob. xix. 26. 27. 2. Theff. i. 7. f.

III. Omnes fere veteres patres statuunt, animas ante resurrectionem omnes certo re- ceptaculo inclusas neque gaudium sentire, ne- que pœnas. Dorscheus.

IV. Ex quo recte concludit, eos non credidisse purgatorium.

V. Ani-

V.
tum m
sciveru
tea inc
renius.

VI.
nas di
damn

xxii.
VII.
malite
et vol
nobilif
sitate,
nisi u
mos
tem.

II
per a
habea
Gerha

IX.
prop
tame
sit, f

X.
men,
xxv.

V. Animæ hinc decedentes non tantum memoriam retinent eorum, quæ hic sciverunt, Luc. XVI. 28. sed et novam antea incognitorum notitiam acquirunt. Varenus.

VI. Non obstante graduum quoad pœnas diversitate, nunquam tamen pœna damni separata erit a pœna sensus. Matth. XXI. 13.

VII. Pœna damnatorum infernalis formaliter et primario consistet in intellectus et voluntatis, tanquam facultatum animæ nobilissimarum, inordinatione et perversitate, quaque Deum non apprehendent nisi ut iratum sævumque judicem, extremos et ineffabiles ipsis cruciatus inferentem.

VIII. Unde fieri non potest, quin semper aut peccent damnati, aut legem non habeant, quod absurdum. 1. Joh. III. 4. Gerhardus.

IX. Ignis non elementaris, et tamen proprie dictus, est aqua non humida et tamen proprie dicta. Qualis ille futurus sit, si non est elementaris, non liquet.

X. Nec liquet ubi sit infernus, qui tamen, quia paratus est, creatus est. Matth. XXV. 41.

XI.

XI. *Æternum puniuntur damnati, quia æternum peccant.*

XII. *Non est absurdum, poenarum infernalium ut gradus, ita et graduum esse intervalla.*

DISPUT. XIV.

de
IMAGINE DEI.

I.

NON poterat DEUS salva justitia et sanctitate sua hominem condere, ratione præditum, sine imagine Divina.

II. *Imago autem Divina formaliter et primario consistebat in notitia practica, non omni, sed ea, quæ hodie supernaturalis est, mysteriorum nempe Divinorum, ad salutem æternam ordinatorum, eaque pro illo statu perfecta et sine labe. Col. III. 10. Eph. IV. 24.*

III. *Acceptio imaginis DEI Ecclesiastica, qua pro ipsis animæ facultatibus sine Scripturæ fundamento sumitur, plus in Theologia semper turbavit, quam profuit.*

IV. *Non dari possunt pura naturalia, sive quæ rebellionem ponant in homine virium superiorum et inferiorum, sive quæ posita*

posita ea
titiam ex

V. G
nitatis in
ralis, se
nem Di

Osiande
VI.

homini
revelatio
ei erant

VII.
quia tali
investig

raliter c
sum sa
plane
homin

IIX.
cum no
IX.

qualitat
dem ad
X.

potera
formit
XI.

rum a

ati, quia

posita earum concordia mysteriorum notitiam excludant. Joh. v. 23.

rum in-
um esse

V. Gratia Divina et inhabitatio SS. Trinitatis in primo homine non supernaturalis, sed naturalis fuerat, quippe imaginem Divinam indivulso nexu consequens. Osiander.

VI. Non neganda tamen sunt primo homini dona alia supra naturam posita, revelatio imprimis extraordinaria, et quæ ei erant connexa. Gen. II. 16. s.

stitia et
ere, ra-
na.

VII. Ut cani sagacitas naturalis est, quia tali animali et ad hunc finem, utpote investigationem ferarum, destinato naturaliter debetur, qui tamen amissa per casum sagacitate canis esse non desinit: ita plane de imagine Divina respectu primi hominis sentiendum dicendumque est.

liter et
ræctica,
natura-
rum, ad
que pro
ol. III.

IIIX. Sacrificia in statu integritatis locum non habuissent.

clesiasti-
ous sine
plus in
profuit.
turalia,
homine
sive quæ
posita

IX. Non poterat primus homo cum qualitatibus *διωνεγορία* creari, quia hæc eundem ad varias inordinationes sollicitasset.

X. Nec quisquam a primis hominibus poterat generari deformis, quia omnis deformitas est ex *διωνεγορία*.

XI. Arboris vitæ usus, æque ac reliquorum alimentorum, non arguebat inter-
num

num in homine moriendi principium, nisi ab externo remedio impediretur.

XII. Arborem vitæ et arborem scientiæ boni et mali a diabolo ita cognominatas fuisse, a falso iisdem adscripto effectu, ut de utraque olim *D. Seb. Schmidius*, de posteriori recentissime *G. Nicholius*, Anglus, sensit, ob simplicitatem literæ *Gen. 11. 9.* non est probabile.

DISPUT. XV.

de

PECCATO ORIGINALI.

I.

IMpropria, nec unquam imitanda, imo in Deum iniqua quorundam locutio est: Deum peccata peccatis punire.

II. Quanquam vero existere originale peccatum solis radiis in Scriptura perscriptum fit, cum Ferrando tamen et Jo. Belino, scriptoribus Gallicanis, dicendum non est, gentilibus quoque illud innotuisse, aut ex ratione deduci posse. *Rom. vii. 7.*

III. Exacta peccati, proprie dicti, descriptio *1. Joh. iii. 4.* originale quoque peccatum manifeste involvit.

IV. Tres ab Apostolo *Jac. i. 14. 15.* in-

infinuat
tio, con
suggestio
cum im
cum ple
tis meri

V.

gem, ta
vum, e
esse, ant

relegatu

principi

contra

fenditur

VI.

justiffic

ejus re

memus.

VII.

extenua

tia accu

IX.

quoad f

nam p

IX.

rens fit

quæ pe

ditur.

ium, nisi

n scien-

nomina-

effectu,

dus, de

, Anglus,

en. 11. 9.

LI.

da, imo

utio est:

originale

perscri-

Jo. Be.

lum non

uisse, aut

11. 7.

icti, de-

quoque

. 14. 15.

in-

insinuati peccati originalis motus, tenta-
tio, conceptio, consummatio, quorum ille
suggestio est sine consensu, iste delectatio
cum imperfecto consensu, hic commissio
cum plena consensione, actualibus pecca-
tis merito omnes accensentur.

V. Quoniam peccatum omne ad le-
gem, tanquam ad principium manifestati-
vum, exigatur, tamen plurima in se mala
esse, antequam Deus eadem prohibere in-
telligatur, ipsi nempe sanctitati DEI, ut
principio boni malique radicali, adversa,
contra Szydlovium aliosque merito de-
fenditur.

VI. Primum peccatum Adami posteris
justissime imputatur, etsi nec rationem
ejus rei reddere, nec mente concipere pos-
semus. Rom. v. 12.

VII. Qui primum Adami peccatum
extenuant, Deum ipsum injustitiæ et sævi-
tiæ accusant.

VIII. Peccatum originale non tantum
quoad formam totius, sed et quoad for-
mam partis, positivum involvit.

IX. Cum concupiscentia in se indiffe-
rens fit, per determinationem ad tale esse,
quæ positivum quid est, peccaminosa red-
ditur.

X. Pec-

X. Peccatum Philosophicum, Jesuitarum Divionensium inventum, quod ab eo, qui de DEO non cogitat, commissum, Deum non offendere nec damnationem attrahere docetur, et sanæ rationi repugnat et Scripturæ. Psalm. LXXIIX. 6. 1. Theff. IV. 5.

XI. Monstruosa est P. Chawini opinio, peccati originis subjectum esse tantum corpus, et cum corpore decrementa capere et incrementa.

XII. Ad prius absurdum creatio animæ immediata, ad alterum confusio peccati originalis, quod æquale in omnibus est, cum motibus ejusdem, qui ob temperamenti inæqualitatem in uno magis ac in altero se exerere possunt, ipsum seduxit.

DISPUT. XVI.

de

PECCATO ACTUALI.

I.

PRimum diaboli peccatum superbiam fuisse perquam verosimile est.

II. Ingeniosa hanc in sententiam interpretatio loci Ep. Jud. v. 6. est Bryani Turneri : *non servantes proprium principatum*

alio-

aliorum

assignate

III.

III. 4.

IV.

cipia :

motitia p

nisi conf

conscient

peccato, i

portam.

V. Pe

ritualis e

poralis,

VI.

creatur

tia cap

conden

VII.

wel cogi

IIX.

tentibus

innoxiis

IX.

Ph. Lim

illud ta

a Christ

adscri

Jesuita-
od ab eo,
missum,
ationem
epugnata
i. Theff.
i opinio,
tantum
enta ca-
io anima
o peccati
bus est,
emperat-
gis ac in
seduxit.

aliorum pomæria insiluerunt, stationis ipsis assignata desertores.

III. Hominiis vero incredulitas. Gen. 111. 4. 5. 6. 7.

IV. Jesuitarum et Moralistarum principia: *ad peccandum formaliter requiritur notitia peccati; nullum est peccatum formale, nisi conscientia hic et nunc judicet de malitia; conscientia circa illicitum intrepida excusat a peccato, flagitiis quibuslibet latam aperiunt portam.*

V. Pœna peccato dictata mors est spiritualis et æterna, Gen. 11. 17. non temporalis, nisi ex accidenti.

VI. Non potest Deus salva justitia sua creaturam innocentem, justitiæ et injustitiæ capacem, ad quamcunque afflictionem condemnare. Gen. xlix. 25.

VII. Multo minus, quod horrendum est vel cogitare de Deo, morti æternæ objicere.

LI. IIX. Potest tamen pœnam, impiis parentibus debitam, a filiis, quoad causam innoxiiis, requirere. Exod. xx. 5.

Superbiam
st.
iam inter-
ryani Tur-
rincipatum
alio-
IX. Male ex Marc. 111. 29. concludit Ph. Limborchius, peccatum in Spiritum S. illud tantum esse, quo opera miraculosa, a Christo virtute Spiritus S. patrata, diabolo adscribuntur.

X. Tamen ex hoc ipso loco recte colligitur, illud in irreginitum etiam cadere, sed ad internam usque convictionem illuminatum.

XI. Infantes non sunt sine actuali peccato, ob solum tamen originale peccatum, nisi fide donentur, damnari possunt. Marc. xvi. 16.

XII. Multo minus Maria Deipara peccato exempta fuit. Rom. i. 11. 23.

DISPUT. XVII.

de

LIBERO ARBITRIO.

I.

UT notitia DEI ex natura vera : ita et vera ad legem naturæ conformata dantur opera, quod iisdem fere verbis testatur Paulus. Rom. i. 18. c. 11. 14. Quæ tamen ad perfectionem, quam in nobis imputando efficiendoque operatur Spiritus sancti gratia, collata, vera non sunt, sed mendacia, 1. Joh. 11. 4.

II. Has interiores naturæ vires non ipse homo, sed Deus, merito Christi motus, dirigit ad inquirendum veriores DEI cultum, Act. xvii. 27. Unde et pædagogicæ dicuntur, Gal. i. 11. 24.

III. In

III.
tinent
tem dir
presse,
verbum
accepta
IV.
genus
prædica
aliquid
cum,
Majoris
fionis, R
men effe
ri: hon
castiga
V.
dona,
tia, no
irregent
VI.
gratiæ g
re a rec
de dep
sequer
14. f.
VII
tualibu

III. In se considerata ad naturam pertinent; qua ex intentione DEI ad salutem diriguntur, ad gratiam, non quidem presse, (quo sensu gratia non agit nisi per verbum et sacramenta) tamen analogice acceptam.

IV. Non sunt tolerandæ hæ et aliæ id genus propositiones, Synergistarum: jacto prædicationis fundamento posse hominem aliquid, quanquam languidum et modicum, ad conversionem suam conferre, Majoris: voluntatem esse *ουρανιον* conversionis, Rathmanni: in natura hominis lumen esse, ex quo conversio profluat, Dreieri: hominem libere converti. Quæ omnes castigantur a Paulo Phil. II. 13.

V. Totum ministri Ecclesiæ officium et dona, quibus illud administrat, est a gratia, non a natura, si maxime minister sit irreginitus. I. Cor. XII. 4. seqq.

VI. Falsum est, collationem ulterioris gratiæ gradus suspensam esse vel dependere a recto usu primæ, si Arminiano sensu de dependentia causali; verum, si de consequentia ordinis intelligatur. Matth. XXV. 14. s.

VII. Adeo vires liberi arbitrii in spiritualibus nullas habet homo per naturam,

ut ne quidem habeat potentiam passivam, conversionis gratiam admittendi. Rom.

IIX. 7.

IIX. Potentia illa a sola gratia est, Ez. xxxvi. 26. Et tamen non irresistibilis, Matth. xxi i i. 37.

IX. Nec hanc irresistibilem necessitatem, sive in naturalibus sive spiritualibus, unquam defendit Lutherus.

X. Non possunt a Semi-Pelagianismo excusari Pontificii.

XI. Nec a Prædestinatianismo (supposita etiam per Ph. Buchium Prædestinatorum fabula) Calviniani.

XII. Non potest homo, salvis Reformatorum hypothesibus de decreto Divino, respectus omnes antecedente, deque prædeterminatione actionum humanarum, plus boni facere, quam actu facit: quod justissime iisdem jam olim Remonstrantes objecerunt.

DISPUT. XIII.

de

VOLUNTATE DEI.

I.

Voluntas DEI antecedens, id est, universalis et serua, hominem salvandi, adeo

adeo cl
nisi ab
fit. i. T

II. E
velle D
fidem v

III.
Deus,
diis suff

IV.
trio Di

quam a
præsidia

V. I
fusa, 6
luntate

tem pr

VI.
ditiona
habeant

occulte
lusum

posse.

VII
thetic
homir

IIX
vit pie

adeo clare in Sacris expressa exstat, ut non-
nisi ab animo penitus perverso negari pos-
sit. 1. Tim. 11. 4. 2. Petr. 111. 9.

II. Eadem claritate descriptum legitur,
velle Deum et medium salutis, id est,
fidem universis impertiri. Act. xv 11. 31.

III. Æqualiter omnium salutem vult
Deus, eoque, ut neminem destituat me-
diis sufficientibus ad illam perveniendi.

IV. Liberrimo et imperscrutabili arbi-
trio Divino tribuendum est, quod uni
quam alteri extra ordinem plura salutis
præsidia tribuit. Rom. xi. 33.

V. *Est voluntas DEI ordinata, non con-
fusa, est conditionata, conditione, quæ vo-
luntatem antecedentem sequitur, consequen-
tem præcedit, non absoluta.* Dannhawerus.

VI. Qui ordinatam potius quam con-
ditionatam ideo dicendam esse putant, ne
habeant Calviniani, sub quo errorem suum
occultent, non advertunt, eundem eos
lulum circa terminum *ordinatæ* ludere
posse.

VII. Eorum ex Reformatis, qui Hypo-
thetici dicuntur, sententia Deum facit
hominibus ex instituto illudentem.

IIIX. Mich. Molinosii in excessu pecca-
vit pietas, cum, si alicui revelaretur, Deum

ipsum absolute damnare velle, eidem injunxit, ut voluntati Divinæ etiam usque ad æternam damnationem se resignaret. Impium enim est, rem tam injustam et horridam de DEO vel cogitare.

IX. Particularitas voluntatis salvandi in DEO in ipsum salutaris fidei, qua *κατανοησις* est, fundamentum impingit.

X. Universalitas tamen voluntatis salvandi, ut fidem efficiat et fundet, non semper et necessario formaliter et positive mentem hominis subintrat, sed aliquando sufficit, ut virtualiter et negative.

XI. Quia Deus non delectatur tantum omnium salute, sed et eandem, quantum intra ordinem a se constitutum fieri potest, per media fini suo proportionata promovet, efficax merito salutatur Divina voluntas.

XII. Particularismus sædum monitrum est, quocunque modo pingatur et coloratur.

DISPUT. XIX.

de

PRÆDESTINATIONE.

I.

Articulus de prædestinatione sine omni incommodo ratione doctrinæ articulis

lis cete
tum, co
antece
II. I
Divinc
II. 13
III.
Divin
mode
talis m
et prin
IV.
ralis m
tum a
sivum
V.
homi
Hebr
VI
coinc
crede
vero
ita et
tantu
mag
biscu
V
dum

lis ceteris præmittitur, tanquam immediatum, consequens distinctionis voluntatis in antecedentem et consequentem.

II. Non obstante, quod fides in intuitu Divino electionem præcedat. 2. Thessal. II. 13.

III. Meritum Christi, quod valorem Divinum intime involvit, eo ipso commode non potest vocari causa instrumentalis moralis electionis, cum sit meritoria et principalis.

IV. Nec fides causa instrumentalis moralis minus principalis, cum sit instrumentum apprehendendæ gratiæ eligentis passivum, causæ physicæ analogum.

V. Respexit Deus in eligendo fidem hominis finalem, usu Scripturæ loquendo. Hebr. III. 6. 14.

VI. Qui e nostris credentes et electos coincidere docent, ut quamdiu homo sit credens, tamdiu sit electus, quamprimum vero desierit credere, ut ex justificationis, ita et electionis gratia excidat, termino tantum electionis aliter utuntur, eumque magis ampliant, in re ipsa amicissime nobiscum conspirant.

VII. Neutri autem sententiæ imputandum est, quod contra usus theologicos

peccet, adeoque fundamentum fidei quodammodo convellat.

II. IX. Quanquam S. Huberus voluntatem antecedentem cum electione confuderit, adeoque in sententia ipsa nihil dixerit analogiæ fidei adversum, locutio tamen, tanquam formæ sanorum verborum e diametro adversa, tolerari nullo modo debebat.

IX. Nemo unquam nostrorum aliud absolutum electionis decretum Reformationis adscripsit, quam quod ipsi in Synodo Dordracena nomine absolutissimæ gratiæ dogmatizarunt, quod nempe antecederet ad decretum ab omni respectu, non consequenter, sit liberum.

X. Falsum est et in gratiam Calvinianorum confictum, Lutherum absolutæ electionis fuisse patronum.

XI. Inscriptio in librum vitæ cum electione non æquipollet, cum fidei vita vivant et *θεοκραται*, qui non sunt electi. Hab. II. 4.

XII. Gentilium infantes electos esse probabile non est. Marc. XVI. 16. Joh. III. 5.

DECI
lu
vino.

II.
miseri

infiniti
est dec
tionis n

III.
vini Sch

prateri
pam,
tate fi
Deum
conan
vunt.

IV.
Calvini

ratione
rum o
est co
et ine

V.
reject

DISPUT. XX.

de

REPROBATIONE.

I.

Decretum reprobationis positivæ absolutum vere horribile est, dicente Calvino.

II. Nec minus in justitiam pariter et misericordiam DEI infinitam, supposita infiniti pretii satisfactione Christi, iniquum est decretum præteritionis, seu reprobationis negativæ.

III. Quod dum mitigare quidam e Calviniani Schola annituntur, dicendo, reprobos præteritos esse ob novam adjectam culpam, repulsam nempe Evangelii, voluntate signi, non efficaci, ipsis oblatis, dum Deum ab injustitia et crudelitate liberare conantur, fœdæ eundem hypocrisis involvunt.

IV. Permissio lapsus, ex plerorumque Calvinianorum sententia æstimata, quibus ratione decreti Divini, quo et causam rerum omnium et eventum decernit, nihil est contingens, omnia necessaria, fortissima et inevitabilis est lapsus procuratio.

V. Supralapsarismus a Dordracenis est rejectus. Maresius. Non est rejectus,

C 5

sed

sed desertus. Samuel Andreæ. Uterque vere.

VI. Conficta ex humano ingenio citra omnem Scripturæ auctoritatem, ex mero Syncretismi studio, Ambr. Catharini et Latitudiniorum in Anglia est media inter Arminianos et Calvinianos sententia, quosdam homines absolute et irresistibiliter esse electos, alios ex prævisione fidei et operum, ex gratia sufficiente quidem, sed in hominis potestate, utrum eam accipere an repudiare velit, relicta profectorum.

VII. Non fuisse quandam olim Prædestinatorum hæresin, contra Prædestinatum Jac. Sirmondi, nec Jo. Awræus, nec G. Maugvinus, nec recentissime Ph. Buchius sufficienter demonstrarunt.

VIII. Reprobationis causa immediata est infidelitas, mediata et merito omne peccatum. 2. Thess. 1. 8.

IX. Proscriptio doctrinæ de absoluta reprobatione impietatis eandem arguit. Joh. 111. 20.

X. Vera de reprobatione doctrina, si publice proponatur, ad coercendos in officio bonos et absterrendos a sceleribus malos efficacissima est. 2. Thess. 1. 9.

XI. Cum in Formula Concordiæ plerique

que Ca
res diser
ti, qua t
tuit, in
prædesti
XII.
quod i
(quibu
solutum
dius asse

Q
deduc
cation
I. 21.
II.
collatu
enim
nome
ditur
Jesu
debet
fia di

que Calvinianorum in hoc articulo errores disertis verbis et aperte sint condemnati, qua temeritate Ph. Buchius scribere potuit, *intactam in ea esse Reformatorum de predestinatione doctrinam?*

XII. Ex eodem veritatis fonte profluit, quod idem asserit: *nonnullos Lutheranorum (quibus et Lubinum nostrum accenset) absolutum predestinationis decretum longe rigidius asserere, quam Reformatorum ullum?*

DISPUT. XXI.

de
CHRISTO REDEMPTORE.

I.

Qui nomen JESU a quacunque alia origine quam ab Hebræa voce *YH* deducunt, Angelo nominis hujus significationem evolventi contradicunt. Matth. I. 21.

II. Cum Divinæ majestatis usus Christo collatus esse dicitur, Phil. II. 9. 10. (is enim citra dubium per nomen super omne nomen intelligitur) recte exinde concluditur, ad prolatum et auditum nomen Jesu exteriorem reverentiam, qualis DEO debetur, Christo exhiberi posse et Ecclesia disponente exhiberi debere.

III. Dum

III. Dum Nazarenum vocatum iri Christum Prophetæ (in multitudinis numero) prædixisse dicuntur, Matth. 11. 23. mihi probabilissimum est intelligi Prophetas oraculorum Divinorum interpretes, cum in typo nihil videatur efficaciter prædici potuisse, quin alii Prophetæ typum et manifestaverint et evolverint, argumento loci Ep. Jud. v. 14.

IV. Aviculam quandam minutam in Æthiopia inferiori in nemoribus sub diluculum nomen Jesu Christi articulate modulari, Jo. Ant. Cavazzo tum credi poterit, si desierint missionarii Romani fabellas vendere loco verarum narrationum.

V. Quakerorum quorundam insania, omnes de Christo historias in meras allegorias sub pietatis specie transformans, plane detestabilis est.

VI. Laudanda econtra eorum industria, qui Christum totius Scripturæ nucleum etiam in V. T. ubicunque argumenta probabiliora id permittunt, studiose quærunt et detegunt. Joh. v. 39.

VII. Plura sunt argumenta, quæ epistolam Christi ad Abgarum dubiam, quam quæ ex mente Guil. Cavei genuinam reddunt.

IIX.

IIX. N
unquam
a Tiberic
ac Simor
posita.

IX. I
quæ a J
stituto

X. S
Ecclesia
mine lat
opposita
eosdem
doctrinæ

consent

XI. V
men, ut
notitiam
diate in
tura ad

XII.
strument
impropot
stus ipse
digitum

niri Christi
s numero)
. 23. mihi
Prophetas
etes, cum
er prædici
um et ma-
rgumento

nutam in
s sub dilu-
ulate mo-
redi pote-
i fabellas
um.

a infania,
peras alle-
formans,

industria,
nucleum
enta pro-
quarunt

æ episto-
n, quam
nam red-

IIX.

IIX. Nec Christus a probatis auctoribus unquam Chrestus vocatus est, nec eidem a Tiberio apotheosis decreta, non magis ac Simoni Mago statua, ut Deo, Romæ posita.

IX. Illa in Romana Ecclesia societas, quæ a Jesu denominatur, nihil minus instituto et vita quam Jesum imitatur.

X. Societas amantium Jesu in nostra Ecclesia a Bar. Welzio, sub Justiniani nomine latente, inventa, illique Romanæ opposita, obstricta voto, ut ad Barbaros, eosdem conversura, concedat, instituto doctrinæ Christi nec ipsa usquequaque consentanea est.

XI. Utrumque et Jesu et Christi nomen, ut primum auditum, immediate in notitiam officii nobis tam fructuosi, mediate in notitiam Divinæ humanæque naturæ ad officium necessariæ deducit.

XII. Cum Redemptorem nostrum instrumentum DEI vocavit Lutherus, ea improprietas libertate usus est, qua Christus ipse, qui Spiritum DEI Matth. xii. 28. digitum DEI appellavit, Luc. xi. 20.

DISPUT.

DISPUT. XXII.

de

NATURIS IN CHRISTO.

I.

Qui dixerit rem levem esse, Filium DEI dicere ὁμοίσιον potius, quam ὁμοσίον, animum arguit aut ab universæ per totum orbem Ecclesiæ consensu alienum, aut vocum innovatione sine causa omnia turbantem.

II. Non potest sincere vel satisfactio pro peccato, vel meritum vitæ æternæ, vel redemptio ex inferno credi, nisi credita Divinitate Christi.

III. Qui tolerandos esse Divinitatis Christi inficiatores contendunt, subditis infidelibus similes sunt, qui fidem ideo præ se ferunt, ut Principem eo tutius prodant.

IV. Ea ipsa numero Divina natura, quæ in Patre est, Filio est communicata.

V. Unde recte dicitur αὐτοθεός.

VI. Non revocat Socinianos ad meliorem mentem, qui eos facit Arianos, neque aliquid ea promotione lucratur, ut hoc prætextu Nuclei sui editionem excusat Gardinero Sandius.

VII. Quum toties legatur Christus, dum

dum inter
humana
fimaque

Math. x

et absurd

diebus c

lis pro l

IX.

ris sente

qua et e

etiam tu

muni pr

argumen

iphi etia

turali su

scribun

IX.

Synodeo

Adamic

tis casti

X. N

nis nasc

simul v

gumen

XI.

Adam

XII.

mentu

dum inter mortales vixit, ad auxilia, omni humana ope majora, invocatus, clarissimaque Divinitatis ipsius confessione Matth. xvi. 16. celebratus, non nisi temere et absurde a P. Chauvino negatur, eum in diebus carnis fuisse adoratum et a discipulis pro DEO agnitum.

IIIX. Non est improbabilis Fr. Vavassoris sententia: Christum neque eximia aliqua et excellenti præ aliis forma, neque etiam turpi et fœda, sed vulgari et communi præditum fuisse; majoribus tamen argumentis nituntur, qui excellentiorem ipsi etiam præ Adamo formam, si in naturali sua constitutione consideretur, adscribunt.

IX. Theologorum Drentanorum in Synodo Dordr. locutio: *Christus est massæ Adamicæ corruptæ particula*, merito impietatis castigatur ab Hülsemanno.

X. Non pugnant: vi Divinæ promissionis nasci Christum, Gen. 111. 15. et tamen simul vi benedictionis primævæ nasci, argumento loci Gal. 1v. 23.

XI. Non incarnatus fuisset Christus, nisi Adam peccasset. Matth. x11x. 11.

XII. Pudoris plusquam virginæi argumentum est, cum Jo. Bapt. Thiersius, Gallus,

lus, reprobat statuas et picturas, quæ Jesum puerulum nudum repræsentant.

DISPUT. XXIII.

de

PERSONA CHRISTI.

I.

DUæ in Christo naturæ, exque integræ atque completæ, in unam coaluerunt personam, antea simplicem, nunc compositam, 1. Tim. 11. 5. idque per incarnationem, Joh. 1. 14.

II. Quando ὁ λόγος carnem adsumpsit in unitatem personæ suæ, Hebr. 11. 16. recte inde infertur, carnem esse adjunctum seu adsumptum τῷ λόγῳ.

III. Quando dicitur Deus manifestatus esse in carne, 1. Tim. 111. 16. caro subjectum manifestationis constituitur, ὁ λόγος adjunctum. Quanquam his terminis, nisi veritatis hostes fraudem sub iisdem occultarent, carere possemus.

IV. Intime non communicari, quod intime tamen unitur, nonnisi stolide et contra perpetuum quotidianumque vocum usum negatur.

V. Illa propositio: Christus secundum humanam naturam est Deus, hoc sensu intel-

intellectu
naturam
secundum
sed et se
carne ne
sa, clar
VI.
Ius Dei
existit ex
stitit extra
VII.
tum om
nitione et
17. sed
peculiar
Marc. 1
VIII
vere D
IX.
Deitas i
Deitas in
Theolog
tate, d
Scriptu
in secu
venire
X.
naturam

s, quæ Je-
nant.

TI.

que integra
coaluerunt
c compo-
ncarnatio-

adsumpsit
r. 11. 16.
dijunctum

manifestatus
caro sub-
tur, ὁ λόγος
terminis,
ab iisdem

ari, quod
stolide et
mque vo-

secundum
hoc sensu
intel-

intellecta: Christus, postquam humanam naturam assumpsit, non est Deus tantum secundum Divinam naturam essentialiter, sed et secundum hum. nat. personaliter, carne nempe a persona τὸ λόγος non exclusa, clarissime exhibetur Luc. 1. 31. 32.

VI. Christus secundum carnem est Filius Dei naturalis, non adoptivus, quia non existit extra Deum, sicut adoptans alias existit extra adoptatum.

VII. Frater vero Christus est non tantum omnium hominum, naturæ communionem et intentionem affectus, Heb. 11. 16. 17. sed et affectu ipso et quasi adoptione peculiari fidelium, Matth. xii. 49. 50. Marc. 111. 34. 35.

VIII. Quam vere Deus homo est, tam vere Deus passus est.

IX. Ab abstractiva loquendi forma: ipsa Deitas in carne habitans passa est, quia et Deitas incarnata est, quam magni nominis Theologus, inviolata ipsius doctrinæ veritate, defendit, abstinere malumus, quia Scripturæ usui non æque, ac abstractivæ, in secundo communicationis genere, convenire videntur.

X. Qui genera communicationis idiomatum in Scripturæ exemplis manifeste

D

pro-

proposita arrodunt, ipsam proprietatum operationumque communionem sublatam cupiunt.

XI. Humana natura Christi omnipotens rectius dicitur per denominationem intrinsecam, quam extrinsecam: ex quo tamen non efficitur, humanam naturam esse Deum, cum et corpus hominis sit animatum vivumque intrinsece, nec tamen ipsa anima.

XII. Quare nec humana natura in officialibus minus principaliter, Divina vero principaliter agere dicenda est.

DISPUT. XXIV.

de

OFFICIO CHRISTI.

I.

Non potest idonea allegari ratio, cur a triplici officii Christi distinctione, eaque vulgata, debeat recedi.

II. Ut Christus non pro se, sed pro aliis satisfecit, ita non pro se, sed pro aliis legem implevit; nisi dicere velis, Deum legi subiectum esse et pro se legem implere. Ipsi justitiæ naturæ repugnat, pro se et pro aliis simul a quoquam hominum, quicumque ille sit, vel legem in universum vel aliquam legem impleri posse.

III. Vere

III. V
tata sum

IV. V

id est,

EC. LII

V. N

sti univ

anorum

mortem

rum tam

vult: sec

Alexand

is Chris

tenditur

ad salut

VI.

in Chr

recte et

faction

VII.

sentia n

resurrec

malogia

prater

xv. 21.

VII

tionem

sui rep

III. Vere Christo peccata nostra imputata sunt, 2. Cor. v. 21.

IV. Vere Christus peccatorum pœnas, id est, infernales, nostri loco sustinuit. *Es. LIII. 5. sqq.*

V. Non illusoria tantum est mortis Christi universalitas per sententiam Calvinianorum hypotheticam, qua pro omnibus mortem subiit Christus, si credant, quorum tamen maximam partem credere non vult: sed et per doctrinam Innocentii x. et Alexandri VII. PP. MM. qua fructus mortis Christi etiam ad non prædestinatos extenditur, qui plurimas gratias accipiant, ad salutem, licet non æternam.

VI. Ex hypothesi negatæ operationum in Christo communionis et Particularismi recte et ingenue negat Jo. Vlackerus, satisfactionem Christi esse infiniti valoris.

VII. Quamquam communior sit sententia negans, effectum meriti Christi esse resurrectionem impiorum; fidei tamen analogiam non lædit sententia affirmans, et præterea litera Scripturæ nititur, 1. Cor. xv. 21. 22. Duo Dd. Hannekenii.

VIII. An Christus etiam post consummationem seculi, itemque an meriti tantum sui repræsentatione, an vero diserta oratio-

ne pro nobis sit intercessurus? impune ignorari et in dubio relinqui potest. Gerhardus.

IX. Recte Origenes ad Celsi objectionem: cur Christus, si Deus sit, tam multa fuerit passus, cum pauca ad redemptionem suffecissent? respondet: non redimere nos tantum, sed et constantiæ et patientiæ exemplum nobis relinquere debuisse Christum.

X. Non poterat Deus citra satisfactionem, a Divina persona præstitam, remittere homini peccata.

XI. Christus non est Rex mundanus. Joh. xiix. 36.

XII. Neque talis futurus est ante finem mundi. i. Cor. xv. 25. 26.

DISPUT. XXV.

de

STATIBUS CHRISTI.

I.

Non datur status inter exinanitionem et exaltationem medius. Psalm. cx. ult.

II. In conceptione Christi virtus altissimi Luc. i. 35. Mariam obumbrans, ipsa vocis proprietate omnipotentia Dei est, sup-
plens in Maria, quod ex se efficere illa sola
non

non pot
am, ut
præsent
cunda p
ea nasce
III.
nitius:
nativita
II. 7. u
facta, n
IV. U
in morte
illa dura
V. C
semetip
radius se
VI.
Christu
ex resur
mortuor
tui, qui
xxvii.
sto, t
Varen
VII
compu
I. 18.
IIX.

impune i non poterat. Obumbrabat autem Mari-
 otest. Ger am, ut Deus arcam testimonii, Ex. XL. 34.
 i objectio præsentia sua uterum ejus Divinitate se-
 tam multa cundæ personæ ita implendo, ut, quod ex
 emptionem ea nascebatur, Filius Dei vocari posset.

III. Recte vereque in Harmonia Chem-
 nitius: ideo tam breviter simpliciterque
 dimere nor nativitatem Christi descriptam esse Luc.
 atientia ex 11. 7. ut sciamus, omnia ordinario modo
 uisse Chri facta, nec quærenda hic esse miracula.

IV. Status humiliationis terminatus est
 satisfactio in morte, mortem includendo, quousque
 am, remit illa duravit. Phil. 11. 8.

V. Christum etiam secundum carnem
 mundanus semetipsum ex mortuis resuscitasse, solis
 ante finem radiis scriptum est Joh. x. 18.

VI. In Epistola tamen ad Rom. 1. 4. ubi
 TI. Christus dicitur demonstratus Filius Dei
 anitionem ex resurrectione, non sua ex mortuis, sed
 alm. cx. ult. mortuorum, ii potius intelligi videntur mor-
 rtus altissi tui, qui cum Christo surrexerunt, Matth.
 ans, ipsa vo xxvii. 53. 54. Non tamen excluso Chri-
 ei est, sup- sto, tanquam primogenito ex mortuis.
 ere illa sola Varenius.

VII Nihil sanguinis Christi unquam
 computruit, aut corrumpi potuit. 1. Petr.
 non I. 18. 19. Act. 11. 27.

III. Immerito de eo dubitavit Augusti-

nus : et ex hujus aliorumque Patrum incommodis de sanguine Christi locutionibus P. Allixius immerito absentiam sanguinis Christi ex sacra cœna collegit.

IX. Christus non est novus legislator, quomocunque leges considerentur.

X. Nec mitigavit legem veterem in se, sed imperfectam tantum obedientiam ob meritum suum credentibus non imputat.

XI. Quamquam minus periculosa et conformior sit Scripturæ propositio : Christus in triduo mortis verus homo permansit ; tamen inter Theologos negantes et affirmantes *de re ipsa consensus utrinque est, salvo utrobique et realissimæ mortis et hypostaticæ unionis mysterio.* Varenius.

XII. Absurde et contradictorie faciunt, qui omnipræsentia carnis Christi Euty-
chianismum imputant, dum multipræsentiam ejus in Eucharistia concedunt, cum humanæ naturæ, in se spectatæ, et omnipræsentia et multipræsentia æque sint ad-versæ.

DISPUT. XXVI.

de

VOCATIONE AD SALUTEM.

I.

Vocationis, quæ fit per verbum, præambula est vocatio per semina notitiæ innatæ et radios luminis rationis tenues. Act. xvii. 27. Dannhawerus.

II. Per instinctus illos naturæ interiores Deus post præstitum meritum Christi, et vi ejusdem, directe intendit viam homini parare ad conversionem, seu veriorem Dei cultum, quamquam illi in se considerati non nisi accidentaliter, id est, pædagogice ad eandem concurrant. Hülsemannus.

III. Vana est Herberti de Cherbury persuasio, ex solius luminis naturalis usu hominem salvari posse.

IV. Cum sine satisfactione pro pœna peccati nemo salvetur, Act. iv. 12. et satisfactio illa nullo naturæ argumento innotescere possit. Matth. xvi. 17.

V. Quoscunque Deus vocat, efficaciter vocat, dummodo ordini a Deo constituto vocati non reluctentur.

VI. Vocatio per famam ab Ecclesia dispersam, dummodo, quid Ecclesia credat, qualitercunque innotescat, ad vocationem

nem per verbum potius, quam naturam referenda est.

VII. Si America insula Platonis Atlantica est, jam Salomonis tempore Divini verbi notitia eo penetravit: si post Christum demum habitari cœpta est, principolæ, aut ipsorum majores, ab Apostolis vocati fuerunt.

IX. Proprie loquendo non datur vocatio ad Ecclesiam, nisi per Evangelium. Rom. IV. 15. Gal. III. 21.

IX. Respectu hominis tamen ex accidenti et occasionaliter Lex fit pædagogus ad Christum, adeoque et Ecclesiam. Gal. III. 24.

X. Gratia revocans in Ecclesia, ipsa experientia etiam post quoscunque lapsus teste, universalis est et seria, sufficiens atque efficax. Esa. LXV. 2. Ez. XXXIII. II.

XI. Solennis tamen revocatio, quæ fit per prædicationem verbi, extra Ecclesiam neque promissa, neque necessaria est. Joh. XII. 36.

XII. Quum Deus deserere malitiose peccantes dicitur, de subtractione gratiæ, non assistentis et sufficientis, sed partim justificantis partim abundantis, seu majoris gratiæ gradus intelligendum est. Jer. III. 12.

DISPUT.

R Egen
R fimo
scriptorib
men et sp
lis vitæ,
significat.
I. Petr. I.
II. Qu
amplur
II. regene
stificatione
am vitæ e
III. R
smum, t
III. 5.
I. 23.
IV. N
III. 5. g
que abfur
per aqua
intelligi
Qui eni
ptus est,
V. P

DISPUT. XXVII.

de

REGENERATIONE.

I.

REgenerationis vox, quamquam diversimode et in sacris et in ecclesiasticis scriptoribus accipiatur, communiter tamen et specialiter virium novæ et spiritualis vitæ, quæ in fide consistit, collationem significat. Joh. III. 5. 6. Tit. III. 5. I. Petr. I. 3.

II. Qua vires illæ credendi tendunt ad amplexum Servatoris fiducialem, Joh. I. 12. regeneratio ordine naturæ prior est justificatione; qua tendunt ad sanctimoniam vitæ efficiendam, Gal. v. 6. posterior.

III. Regeneratio infantum fit per baptismum, tanquam per organum sacrum, Tit. III. 5. adultorum per verbum, I. Petr. I. 23.

IV. Non poterat H. Grotius loco Joh. III. 5. glossam magis se indignam magisque absurdam comminisci, quam dicendo: per aquam et Spiritum spiritum aqueum intelligi, id est, virtutem emundantem. Qui enim regia via incedere potest, ineptus est, si ambulet per anfractus.

V. Per regenerationem animum sta-

D 5

tumque

naturam

is Atlan-

e Divini

si post

est, pri-

Aposto-

tur voca-

gelium.

ex acci-

dagogus

m. Gal.

ipsa ex-

plus te-

ns atque

I.

quæ fit

clesiam

st. Joh.

nalitiose

e gratiæ,

partim

a majore

est. Jer.

DISPUT.

tumque hominis penitus immutari, ut, qui antea in malum omne impetu quodam ruebat, postea id, quod bonum Deoque gratum est, pro viribus et sincere sectetur, dubio omni caret. 1. Petr. I. 22. 23.

VI. Non tamen ideo essentia, natura et substantia hominis, ut volunt Weigeliani, immutatur, aut deificatur et christificatur; nisi voces illæ priores, quod frequenter fieri solet, pro interioribus animi qualitatibus accipiantur.

VII. Nec etiam, cujus natura et status ex malo in bonum penitus immutatur, statim impeccabilis redditur. Eph. IV. 22. usque ad fin. Rom. VII. 21.

VIII. Regeneratio adultorum, quia fit per verbum, ordinarie instantanea non est, sed successiva. Gal. IV. 19. Musæus, Königius.

IX. Et sicut fides, ad quam producendam regeneratio tendit, crescere potest: ita et vires credendi augmentum capere et ad perfectionem, non momento, sed successive contendere, inconueniens non est. Quenstedius.

X. Regeneratio ut amissibilis, ita et reiterabilis est. Gal. IV. 19. Unde reinitus et is dici potest, qui aliquando vel per
aquam

aquam v
genitus e
nis, in fi
bent.

XI. N
voce pra
gnifican
aliisque
pue cum
nescio q
singant f

XII. G
voluntar
tanæ car
peccato
men, ve
rus est,
actum,
pat: z
mundi
que pe
Dei ma
Dei, q
peccare
næ et
1. Joh

aquam vel per verbum, vi participii, re-
genitus est, vel qui pro presenti, vi nomi-
nis, in statu est, in quo regeniti esse de-
bent.

XI. Nulla tamen ratio est, cur regeniti
voce præ aliis magis vulgaribus et idem si-
gnificantibus, utpote conversi, pii, fidelis
aliisque, in docendo delectemur, præci-
pue cum ob metaphoram in illa latentem
nescio quas fanaticas sibi chimæras sæpius
fingant simpliciores.

XII. *Qui ex Deo regenitus est, peccatum
voluntarium non facit, et quamquam Sa-
tanæ carnisque tentationes eundem sine
peccato esse non patiantur, Dei tamen se-
men, verbum Divinum, ex quo regenera-
tus est, in illo simul manet, ut in peccandi
actum, quamdiu regenitus est, non erum-
pat: immo, quia plurimi profani hujus
mundi filii dicunt, posse Christianum uti-
que peccatis indulgere et tamen filium
Dei manere, ego Johannes edico: Filius
Dei, quamdiu filius Dei manet, non potest
peccare, quia ex Deo natus est, et eo ipso Sata-
næ et carnis operibus penitus renunciavit.
1. Joh. III. 9.*

DISPUT. XXIIIX.

de

CONVERSIONE.

I.

Conversionis initium, medium et finis
Ca sola gratia Dei supernaturali est, ni-
hil ab homine. Phil. 11. 13.

II. Gratia Dei præveniens naturalem in
homine non tam repugnantiam, quam
repugnandi necessitatem tollit. Apoc. 111.
20.

III. Quando igitur homo non repugnat
gratiæ, ex solo gratiæ beneficio, Jer. xxx 1.
18. 19. quando repugnat, ex superaddita
nova malitia est. Act. vii. 51.

IV. Non potest homo vel evitare vel
repugnare compunctioni animi, per pri-
mum gratiæ gradum in ipso effectæ, quo
minus exsurgat, quamquam possit conce-
ptam semel compunctionem statim iterum
comprimere, eique resistere, ne radices
agat. Act. xxiv. 25. Jer. xxi 11. 29.

V. Gratia convertens ab illuminatione
mentis incipit, quo nomine omnis in re sa-
cra informatio venit, quamquam ultimum
fidei salutaris effectum non semper attin-
gat. Act. xxvi. 18. Joh. 1. 9.

VI. Non ideo a gratia vere illuminatus
non

non est,
et maliti
Matth. x

VII. C
mini ex j
tamen c
perpetuo

IIIX. C
lata et fa
ad Deum
tur auter
aut tollit
Rom. 11

IX. C
mine ta
tur Spi
Rom. v
perienti
converfi
carne,
hominis

nitius,
X. N
Claud.
diate et
sionem
non me

non est, qui in plurimis erroribus mentis et malitia voluntatis cæcus permanfit. Matth. xxiii. 37.

VII. Quum gratiam inhabitantem homini ex justo iudicio Deus subtrahit, gratia tamen convertente et revocante eidem perpetuo assistit. Es. lxxv. 2. Ap. iiii. 20.

VIII. Gratia Divina, semel homini collata et sacramento confirmata, quantum ad Deum, nunquam retrahitur, suspenditur autem quoad hominem nonnunquam, aut tollitur ejus effectus, ob infidelitatem. Rom. iiii. 3.

IX. Quamquam Scripturæ phrasi in homine tantum regenito cum victoria luctetur Spiritus inhabitans contra carnem, Rom. vii. 14. sqq. Gal. v. 17. tamen experientia simul sole clarior testatur, in ipsis conversionis initiis luctari spiritum cum carne, nec uno momento voluntatem hominis ad Deum plene converti. Chemnitius, Hutterus.

X. Non sunt Enthufiasmi, ut putat Claud. Pajonus, rei, qui Deum immediate cum verbo et per verbum ad conversionem concurrere docent, id est, verbo non moralem tantum, sed physicam eti-

am

am aut physicæ analogam operationem adscribunt. Rom. i. 16. Luc. iix. 11.

XI. Nec etiam Enthufiasmi accusari poffunt, qui Deum cum verbo in uno homine majori virtute et fuffeffu, quam in alio agere adfeverant. 1. Cor. xii. 11.

XII. Nulla naturalia impedimenta, utpote organorum, locorum, vitæ, difciplinæ, minus apta difpofitio, ita remorari conversionem poffunt, quin per inditam verbo virtutem poffint fuperari.

DISPUT. XXIX.

de

POENITENTIA.

I.

Poenitentiam partialiter acceptam fano fenfu difpofitionem et præparationem ad fidem mediumque perveniendi ad fidem vocare non verentur Theologi, ex Matth. iiii. 3. Act. iiii. 48.

II. Non videntur pugnare hæc duo: *Homo nullo modo eft caufa procreans vel eliciens pœnitentiam, fed tantum fubjectum patiens. (Ofiander.) Et: Subjectum quod pœnitentia eft homo, viribus fupernaturalibus ad pœnitentiam eliciendam fufficientibus per conversionis gratiam instructus. (Königius.)*

III. Pœni-

III. P
nec fero p

IV. P

V. D

per omni
volutaru

Matth.

VI.

ad genu
quoad f

que cont

VII.

tiarum

Euchari

sunt, i

sine im

IIIX.

omitter

non ha

habere

IX.

confessi

ne freq

ribus c

verfale

tum in

clefia p

a comp

III. Pœnitentiæ janua nulli hominum, nec sero pœnitenti, clausa est. 2. Pet. 111.9.

IV. Pœnitentia tamen sera raro vera est.

V. Difficilis est eorum pœnitentia, qui per omnem vitam in impietatis se cœno volutarunt, non tamen impossibilis. Matth. xix. 26.

VI. Confessio et absolutio privata quoad genus mandato Divino, Joh. xx. 23. quoad speciem ordini Ecclesiæ usquequaque consentanea sunt. 1. Cor. xiv. 40.

VII. Eadem non sine salutari conscientiarum et exploratione et consolatione S. Eucharistiæ usui ab Ecclesia conjuncta sunt, 1. Cor. xi. 28. neque hodie amplius sine impietate et offensione divelluntur.

VIII. Non ideo confessio peccatorum omittenda est, quia aut peccata mortalia non habemus, Matth. vi. 12. aut non habere nos putamus. Psalm. xix. 13.

IX. Merito abusus, qui in audiendis confessionibus et in impertienda absolutio-
ne frequenter committuntur, a piis docto-
ribus castigantur, non tamen illi ita sunt uni-
versales, quin legitimus piusque usus, quan-
tum in hac infirmitate semper fieri in Ec-
clesia potuit, aut fieri etiamnum potest,
a complurimis ubique observetur; aut ita

cou-

confessione et absolutioni proprii, quin in aliis quibuscunque Ecclesiæ actibus notari, optarique emendatio æque possit.

X. Absolutio ministri quoad sensum semper est conditionata. Joël. 11. 12. 13. Esa. 1. 16. 17. 18. Tarnovius.

XI. Eadem non est voluntatis Dei antecedentis annunciatio, quia hæc pertinet ad pios et impios, absolutio vero ministri ad illos quoad præsumptionem ministri solos.

XII. Contritioni involvitur odium et detestatio peccati. Per quam juxta Chemnitium *non retinetur, sed abjicitur propositum perseverandi et pergendi in sceleribus.* Hoc tamen bonum propositum, quando nondum accessit fides, perinde ut ipsa contritio, non est spiritualiter et ex omni parte ita bonum, ut Deum homini conciliet et amicum reddat, Rom. XIV. 23. Bona tamen et contritio et bonum istud propositum est, in quantum est legi conforme, et qua ex Dei intentione via est ad verum bonum, juxta thesin primam.

D

Istinc

tione

tum doct

II. III

Burmahn

fidem jus

harentem

talibus ju

stificatio

coram rhr

ita secund

et cordis

pturæ fu

III. Ju

non signifi

tis, ut ev

IV. Be

tionem n

tis confes

V. F

ficationi

Christi et

sa totius

cambent

DISPUT. XXX.

de

JUSTIFICATIONE.

I.

Distinctio Pontificiorum inter justificationem primam et secundam falsæ tantum doctrinæ palliandæ est inventa.

II. Illa quoque justificatio secunda Burmanniana, qua Deus nos, jam per fidem justificados et aliquam præterea inhaerentem justitiam habentes, etiam pro talibus justis agnoscat, ut sicut prima justificatio opponitur accusationi hominis coram throno Divino de peccati sui reatu: ita secunda occurrat accusationi hypocriseos et cordis non regeneriti, nullo nititur Scripturæ fundamento.

III. Justificationis vox Apoc. xxi. i. i. non significat augmentum justitiæ inhaerentis, ut evidenter vox *et* convincit.

IV. Bona opera non possunt citra offensionem medium vocari sine adposito salutis consequendæ.

V. Fidei vita primario et respectu justificationis unice in apprehensione meritæ Christi consistit, Gal. i. i. 20. quæ est actiosa totius cordis et voluntatis in Christo recumbentia. Königius.

II

VI. Se-

VI. Secundario et respectu sanctificationis in virtute prognerandi opera. Gal. v. 6. Unde deficientibus operibus mortua est fides. Jac. ii. 17.

VII. Quamquam Christum, non quidem absolute et proprie, tamen cum adposito, dici peccatorem imputative, Scripturæ non disconveniat, 2. Cor. v. 21. Psalm. LIX. 7. *impium tamen est, cum Antinomis recentioribus dicere: nos non magis peccatores esse, quam Christum, qui peccatum pro nobis factus æque ac nos peccator sit; ita nostra peccata ipso actu in Christum translata esse, ut nos amplius peccatores non simus; electum hominem, quamvis adulterium, furtum, idololatriam commiserit, non esse illum adulterum, furem, idololatram, sed id potius de Christo affirmandum: nullum unquam in terris tantum transgressorem fuisse, quantus fuerit Christus.*

IIIX. Verum est illud Aug. Confessionis: *in Papatu de fide mirum olim erat silentium.*

IX. Qui ex Pontificiis simulatæ pacis causa concedere videntur, meritum Christi fidelibus imputari, jam olim Becano, et hodie Jo. Dezio indice, nihil aliud intelligunt, quam gratis infundi peccatori reconciliato justitiam sanctificantem: adeoque in effectu idem quod ceteri docent.

X. Fal-

X. Fa
usu rece
in dogm
dissentun
justitia,
pro nob
ad conf
remissio
opus no
hæc just
Et tamen
rani, die
XI. S
nia, ap
est: On
stificatio
XII.
bus vide
cis, qui
scientiam
lut onus
ac Davi
esse ex

X. Falsum est, si utamur verbis vulgari usu receptis, vix posse reprehendi ullum in dogmate de justis. inter nos et Pontificum dissensum. Vulgaria verba sunt: Utrum justitia, agendo patiendoque a Christo pro nobis præstita, ita nobis imputetur, ut ad consequendam nostrorum peccatorum remissionem et coram Deo justitiam non opus nobis sit ullis operibus, immo si per hæc justis esse velimus, salute excidamus? Et tamen confidenter affirmabunt Lutherani, διασπρῖδην negabunt Pontificii.

XI. Scandalosa Anomorum in Britannia, approbata ab H. Witfio, propositio est: Omnia peccata, etiam futura, una justificatione condonari. Jer. xlix. 10.

XII. Sicut et illa: Deum nulla in fidelibus videre peccata. Vocem esse spiritus mendacis, qui dicat fidelibus, habere eos peccata conscientiam vastantia et quæ ipsis incumbant velut onus gravius, quam quod portari queat: ac Davidem, dum id de se querebatur, non esse ex vero locutum.

DISPUT. XXXI.

de

UNIONE MYSTICA.

I.

Summi amoris Divini argumentum est, Deum carni nostræ animæque uniri et nosmetipsos intime mysticeque inhabitare. 2. Cor. vi. 16.

II. Non est hæc unio substantialis, sed substantiarum.

III. Vera quidem quies animi in solo DEO ejusque unione nobiscum quærenda est, sed medium tamen Quietificæ hujus unionis non est renovatio, sanctificatio, abnegatio, mortificatio, ut Molinosius vult cum Mysticis, sed fides. Os. 11. 20.

IV. Per hanc unionem Dei substantia ad substantiam hominis fidelis propius, quam ad reliquas res omnes approximatur. Joh. xiv. 13.

V. Monstruosa est Weigeli et Ez. Me-
thi sententia: daß Christus wesentlich in
den Gläubigen wohne und sie eben das
Fleisch, welches Christus im Mutter-
Leibe an sich genommen und in welchem
er am Stamm des Creuzes gelitten, an
ihrem Leib tragen, also daß alles, was
sie thäten, nicht sie selber, sondern der
Herr

Herr
sie also g

VI. U

mentum
ejus pot

VII.

ita uniri
persona

fit: Ego
sticam e

intellexi
omnia Ch

vam no

IIX.

bus add
copular

ex justit

IX. I

in Joh.
nos in C

esse. S
unter s

fenn w
Todt,

wir d
Herna

ab: ie
der Be

HER Christus in ihnen verrichte, und sie also ganz ohne Sünde seyen.

A. VI. Unio mystica adeo non est fundamentum omnis justificationis nostræ, ut ejus potius sit effectus. Rom. v. 1.

VII. Lutherus dicendo: per fidem nos ita uniri Christo, ut quasi una cum ipso persona fiamus, dicereque fidelis de se possit: Ego sum Christus, unionem non mysticam et physicam analogam, sed moralem intellexit, h. e. fidei, in justificatione omnia Christi per identitatem interpretativam nostra facientis. Schönerus.

VIII. Quando in verbis statim sequentibus addit Lutherus: fidem nos Christo copulare, unionem mysticam intelligit, ex justificatione fluentem.

IX. Id evidenter patet ex Commentario in Joh. xiv. ubi discernere jubet hæc duo: nos in Christo esse, et Christum in nobis esse. *Jenes gehet über sich, dieses gehet unter sich. Wir müssen zuvor in ihm seyn mit allem unserm Wesen, Sünd, Todt, Schwachheit, und wissen, daß wir davon von Christo befreyet seyn. Hernach gehet es wieder von oben herab: ich bin in ihn gekrochen und aus der Gewalt des Teuffels getreten: so er-*

zeigt er sich wider in mir und spricht: gehe hin, predige, tröste, diene dem Nächsten, seye gehorsam und gedultig. Ich will in dir seyn und alles thun.

X. Formula Concordiæ, rejiciendo errorem: *quod non Deus ipse, sed dona Dei duntaxat in credentibus habitent, non respicit præsentiam Dei universalem, sed specialem, cum damnationem illam non articulo de DEO, sed de justitia fidei inferat.*

XI. Cum Apostolus dicit: *misit Deus Spiritum Filii, clamantem Abba, Gal. IV. 6.* approximationem Spiritus substantialem a clamore gratioso aperte distinguit, adeoque et substantiam Spiritus propius accedere et dona sua magis exercere enunciat.

XII. Divina τῆ λογῆ natura carni suæ, quoad substantiam suam, propior est quam aliis creaturis, quia illam penetrat et ab ea *ἐδιδάσκει* & est; quod de nulla alia creatura in ordine ad Dei unionem dici potest.

DISPUT. XXXII.

de

RENOVATIONE.

I.

Renovationis causa non est tantum verbum Divinum, sed et sacramentum Baptismi. Tit. III. 5.

II. Quo

II. Q
causa p
cantur,
menti in
stendo,
ut cont
III. I
motus
disposit
dei, m
correcti
IV.
ctos in
stantia,
Petrum
et tam
V.
propet
nisi qu
VI.
dam n
am, v
natura
gincm
VI
in vit
IIX
per pe

II. Quo et infantes vere, ad analogiam causæ physicæ efficaciter agentis sanctificantur, non tantum objective, imaginem menti infantis, cum ratione uti incipit, sistendo, qua fidem suam roborare possit; ut contra Jurium censet El. Saurinus.

III. In anima infantis æque ac adulti motus veri excitantur ad Dei amorem, non dispositiones tantum, quæ sint semina fidei, multo minus temperamenti tantum correctio, ut censent alii Reformati.

IV. Horrenda doctrina est, posse electos in peccata, conscientiam directe vastantia, ut pote Davidem in adulterium et Petrum in abnegationem Christi incidere, et tamen gratiæ jacturam non facere.

V. Peccati radix, in omne genus vitii propensa, non tollitur per sanctificationem, nisi quoad reatum. Rom. VII. 14.

VI. Renovatio tendit non ad acquirendam novam vel substantiam, vel essentiam, vel corpus cœleste, aut filiationem naturalem, sed ad accidentalem Dei imaginem. Col. III. 10.

VII. Quam tamen in perfecto gradu hac in vita nunquam attingit. Phil. III. 12.

IX. Potest homo ita renovari, ut semper per gratiam vitare possit malitiosa peccata

cata et quæ sunt contra conscientiam.
Rom. v. 20.

IX. De mutatione cordis renovati ita loquendum est, ne ex carnali homine spiritualis aut ex spirituali carnalis reddatur.
Rom. vii. 14. i ix. 9.

X. Quare animus hominis per renovationem intus et in corde mutatur eoque, ne concupiscentiæ innatæ in actus malitiosos necessario erumpant, victoriamque contra Spiritum obtineant. Gal. v. 24.

XI. Nulla potest DEO imperfectæ renovationis culpa imputari. Rom. i ix. 3.

XII. Sæpe etiam ex renovatis, qui se ab omni proæretico peccato liberum esse putat, eidem obnoxius est. Quæ falsa opinio cum obrepere homini facile possit, periculosum est, peccatorum confessioni ob blandam hanc et fallacem persuasionem sese subtrahere. Ps. xix. 13.

DISPUT. XXXIII.

de

VIRTUTE VERBI ET SACRAMENTORUM.

I.

UNa numero virtus est, qua in conversionem agit verbum, et qua agit Minister-

nisterium
diata hæc

II. Vi
que a M

III. N
quam ab

IV. I
clesiæ m

citer au
regenicu

V. V
ralis, in

4. 13, see
loga, mo

humana

VI. C
proprie

mittat,
et Min

Joh. xx.
VII.

sacrame
tiam co

IX.
nuda in

strume
rutem
sunt.

scientiam.

renovati ita

omine spi-

reddatur.

er renova-

t eousque,

s malitio-

riamque

. 24.

fectæ re-

. IIX. 3.

qui se ab

esse pu-

falsa opi-

le possit,

onfessioni

uasionem

ACRA;

n conver-

ragit Mi-

niste.

nisterium per verbum, illa tamen imme-
diata hæc mediata. 2. Cor. IV. 7.

II. Vis hæc nec a verbo unquam, ne-
que a Ministerio est separata. Esa. LV. 11.

III. Nec ab impio etiam ministerio un-
quam abest. Phil. I. 18.

IV. Per accidens fit, ut irrogenitus Ec-
clesiæ minister per verbum minus effica-
citer audientium animos moveat, quam
rogenitus.

V. Vis verbi Divini non est mere mo-
ralis, in persuasionem consistens, I. Cor. II.
4. 13, sed simul physica, sive physica ana-
loga, movens animum vi interna et omni
humana virtute superiore. Hebr. IV. 12.

VI. Cum Deus ipse et ejus verbum
proprie convertat, illuminet, peccata re-
mittat, nec hæc tantum declaret, idem
et Ministerium facere ultro intelligitur.
Joh. XX. 23. I. Cor. III. 5.

VII. Eandem cum verbo virtutem et
sacramenta habent, quæ præterea et gra-
tiam collatam confirmant. Rom. IV. 11.

IIX. Verbum et Sacramenta non sunt
nuda instrumenta, multo minus talia in-
strumenta, quæ ultra nativam suam vir-
tutem, ut operari possint, elevanda
sunt.

¶

IX. De

IX. *Deus nemini Spiritum et gratiam suam largitur, nisi per verbum, non ante verbum vel post verbum.* Articuli Smalcaldici.

X. Non imprimitur per Sacramenta character indelebilis.

XI. Duo tantum sunt Sacramenta N. T. propriissime dicta, 1. Joh. v. 8.

XII. Cum Apologia A. C. tria Sacramenta proprie dicta numerat, sole clarior est, sub conditione hoc asserere, si Sacramenta dicantur ritus, habentes mandatum et promissionem. Palam etiam est, terminos analogos de proprietate vel magis participare vel minus.

DISPUT. XXXIV.

de
LEGE DEI.

I.

LEx naturæ in statu integritatis, ubi omnium facultatum rectitudinem, exclusa quacunque concupiscentia, requisivit, a lege naturæ in statu lapsus perfectione tantum differt, non essentia. Rom. II. 15.

II. Ratione tamen eorum, quæ hodie lex naturæ ignorat, sensus bonitatis et æquitatis post lapsum reliquus lex naturæ dicitur,

citur, ut
nus.

III. U
lute loqu
18. respo
to notiti
ta natur
nisi in c
tutum r
virtutum

IV. E
non in v
sanctitat

V. L
pta dic

antece
suasion
cipiens

II. 14.
VI.

est. Psa
VII.

ceri op
tilium
faciliu
ligion

IIIX
introc

citur, ut virgo deflorata virgo. Hülseman-
nus.

III. Ut notitia Dei post lapsum, abso-
lute loquendo, vera notitia est, Rom. 1.
18. respectu ad notitiam revelatam habi-
to notitiæ potius simulacrum: ita et dicta-
ta naturæ atque hinc ortæ virtutes, non-
nisi in comparatione ad perfectionem vir-
tutum revelatarum et in gratia factarum,
virtutum simulacra vocari possunt.

IV. Radix et fons juris naturæ ultimo
non in voluntate Divina, sed in ipsa ejus
sanctitate et justitia residet.

V. Lex naturæ presse proprieque acce-
pta dictatum est rectæ rationis, sine ullo
antecedente vel discursu vel consilio et
suasione alterius, ipso naturæ impetu præ-
cipiens res faciendas fugiendasque. Rom.
II. 14.

VI. Hæc lex plane et a Deo immutabilis
est. Psalm. v. 5. seqq.

VII. Profana et impia est Joh. Spen-
ceri opinio, Deum ineptos rudesque gen-
tilium ritus in leges suas cooptasse, ut eo
facilius Israëlitæ et gentiles ad veriores re-
ligionem adducerentur.

IIIX. Sacrificia non sunt legis naturæ,
introducenda tamen legi naturæ non incon-
grua

grua esse, qua gratitudini erga Deum declarandæ inservire existimantur, dici possunt.

IX. Lex positivo-moralis a Theologis antiquioribus merito ignoratur.

X. Nec gradus in conjugio Divinitus prohibiti sunt legis moralis positivæ, sed naturalis, quamquam paulo laxiori sensu acceptæ.

XI. *Jus morale tertii præcepti est, cultum Deo publicum præstare indefinite certo tempore. Nulla sufficiens ratio ex lege Divina elucet, qua indicet voluntatem Dei de uno præcise ex hebdomade dierum. Non in libertate nostra positum est extendere diem sanctificationis ad vicesimum vel tricesimum, contra charitatem Dei et proximi. Septimus dies, e permutatione septidui recurrens, non est juris moralis positivivi. Dorscheus.*

XII. Lex moralis neque quoad justificationem, neque quoad maledictionem, neque quoad rigorem exactionis, neque quoad coactionem abrogata est, sed in vet. novoque T. eadem semper manet.

F Oeda
geli
abigendi

II. Ev
proprius

III. 16.

III. Id

Act. xv. 1

rius in N

IV. E

homine

requirit

28. Tit.

V. P

homine

nisi ordi

gratiam

a nobis

acta in

VI.

receptu

tulit, a

gem vi

DISPUT. XXXV.

de

EVANGELIO.

I.

Fœda superstitio est, si externis Evan-
gelii elementis vis curandi morbos aut
abigendi sinistra quælibet adscribatur.

II. Evangelii et requisitum et effectus
proprius est fides, ut Legis opera. Joh.
III. 16.

III. Id in V. T. sufficienter revelatum.
Act. xv. 11. Rom. i. 17. Quamquam cla-
rius in Novo. 2. Tim. i. 10.

IV. Evangelium ad effectum salutis in
homine operandum antecederet non
requirit conditionem operum. Rom. III.
28. Tit. III. 5.

V. Pactum Evangelicum, a Deo cum
homine initum, plane gratuitum est, nec
nisi ordinis, intra quem Deus oblatam
gratiam dispensare velit, observationem
a nobis requirit, nempe ut pœnitentia
acta in Christum credamus. Marc. i. 15.

VI. Deus cum per Evangelium, fide
receptum, justitiam nobis et salutem con-
tulit, a nobis requirit, ut pie et juxta le-
gem vivamus. 1. Petr. II. 24.

VII. Am-

VII. Ambigua neque carens periculo locutio est : Deum vi novi fœderis Evangelici requirere consequenter et post collatam gratiam mandatorum suorum obedientiam.

IIIX. Minus periculosa : Evangelium post justificationem nos remittere ad legem, nobis obedientiam injungentem. Rudrauffus.

IX. Promissiones Evangelicæ de remissione peccatorum et largienda vita æterna suspensæ sunt a fide. Marc. xvi. 15. 16.

X. Promissiones Evangelicæ de illuminando intellectu et ingeneranda fide non sunt suspensæ a fide, sed ab usu mediorum fidei et ordinis a Deo constituti. Rom. x. 17. Calovius.

XI. Ex quo sequitur, Evangelicam et intellectus illuminationem et voluntatis emendationem in homine nondum regenito existere posse, si mediis illis utatur. Actor. xxvi. 28.

XII. Pericopæ Evangelicæ, semel constitutæ et in usum universalem atque longævam deductæ, utiliter retinentur, nec sine offensione mutantur.

SAC

S An
niftfit, qu
ad sint
tici, qu
clesiaftII. C
dicatio
mento
beban
negariIII.
tiam e
motu
Joh. 1IV.
Abra
cerusV.
cisi,VI.
cum
inven

DISPUT. XXXVI.

de

SACRAMENTIS VETERIS
TESTAMENTI.

I.

Sanius de intentione ministri in admi-
nistrando sacramento Bellarminus sen-
sit, qui virtuales sufficere docuit, si non
adsint actualis et habitualis, quam Fana-
tici, qui valorem actuum Ministerii Ec-
clesiastici a pietate ministri suspendunt.

II. Qui vero hunc valorem verbi præ-
dicationi denegant, asserunt tamen Sacra-
mentorum administrationi, meminisse de-
bebant, iisdem argumentis utrumque vel
negari vel affirmari.

III. Conferunt quidem Sacramenta gra-
tiam ex opere operato, sed non sine bono
motu utentis, h. e. fide. Gal. III. 27.
Joh. I. 12.

IV. Non datur duplex circumcisio,
Abrahamica et Mosaica, ut censuit Spen-
cerus. Joh. VII. 22.

V. Nec Ægyptii primi fuerunt circum-
cisi, ut voluit Marshamus. Jer. IX. 26.

VI. Non est biblica hæc propositio: cir-
cumcisio est signum fœderis Divini, nec
invenitur Gen. XVII. 11.

VII.

VII. Nec hæc propositio est biblica: circumcisio est fœdus Domini, nec invenitur Gen. xvii. 10.

IIIX. Agnus Paschalis sacrificium erat proprie dictum, Exod. xii. 27. non tamen in pressiori, qua cetera sacrificia, significatione.

IX. Idem, qua sacrificium erat, non Eucharistiæ sed mortis Christi pro nobis toleratæ figura fuerat. 1. Cor. v. 7.

X. Materia cœlestis Sacramenti agni Paschalis Christus fuit, qua immolandus. Ibid.

XI. Unde sine fide, Christum recipiente, prodesse non poterat. Hebr. xi. 28;

XII. Sacramenta V. T. non minus quam Sacramenta N. T. media erant gratiæ justificantis conferendæ et obfignandæ, nec munditiem tantum et sanctitatem legalem conciliarunt. Num. ix. 13. Gen. xvii. 7.

DISPUT. XXXVII.

de

BAPTISMO.

I.

Monstrôsæ sunt et in gratiam Pontificiorum confictæ Henr. Dodwelli de Baptismo sanguinis sententiæ: sanguinem

mar:

martyru
sti myst
sanguin
dare; i
jura; p
nis uni
virtute
II. E
lex. ad
Stephan
censuit
zati fue
fidem
III.
fantes
nem f
nem.
IV.
baptiz
Divinu
valide
V.
natur
VI
Angl
merf
um
mnes

est biblica: nec inve-
 acium erat
 27. non ta-
 sacrificia, si-
 erat, non
 pro nobis
 7.
 nenti agni
 molandus
 um recipi-
 ebr. xi. 28;
 minus quam
 gratia justifi-
 anda, nec
 em legalem
 n. xvi. 7.
 am Pontifi-
 odwelli de
 sanguinem
 mar-

martyrum esse Christi, pro corpore Chri-
 sti mystico intellecti, sanguinem; hunc
 sanguinem æque ac Christi a peccatis emun-
 dare; utriusque sanguinis communia esse
 jura; propter mysticam utriusque sangui-
 nis unionem Christum proprii sanguinis
 virtutem per matyrium applicare.

II. Recte apud Eusebium Dionysius A-
 lex. adversus Cyprianum, in defectu, et
 Stephanum Rom. in excessu peccantem,
 censuit eos rebaptizandos esse, qui bapti-
 zati fuerint ab hæreticis, SS. Trinitatis
 fidem negantibus.

III. Non omnino certum est, utrum in-
 fantes in primitiva Ecclesia per immerfio-
 nem fuerint baptizati, an per adpersio-
 nem.

IV. Nec, adultos omnes immerfione
 baptizatos esse, a Gabr. Towerfon, Anglo,
 Divinum immerfionis institutum urgente,
 valide probatur ex Act. i ix. 38.

V. Baptizandi vox immerfionem sua
 natura non ἐξ ἀνάγκης involvit. i. Cor. x. 2.

VI. Qui cum Carolo Maria du Veil,
 Anglo, contendunt, ad Apostolicum im-
 merfionis institutum tanquam necessari-
 um merito hodie regrediendum esse, o-
 mnes in Occidente Christianos, tanquam

αβαπτισμῶν, consequenter condemnant, aut scrupulum certe condemnationis justum iisdem injiciunt.

VII. Iniqua in sanctitatem Baptismi Jo. Claudii locutio est: in infantibus, qui adulti facti nunquam se convertant, baptismum aliam efficaciam actualem, nisi condemnationis, non exferere.

IIX. Si circumcisio minimæ præputii particulæ cordis omnimodam a vitiis repurgationem notare potuit, quidni et Baptismus per adspersionem mortem peccati et sepulturam? Rom. vi. 3. 4.

IX. Ut omnis Sacramenti forma in agendis et dicendis, hæc vero in repetitione verborum institutionis et annexa præcatione consistunt: ita nec infantes ulli, ne quidem privatim, nisi utroque observato, baptizandi sunt.

X. Pactum baptismale non aliud est, quam quo Deus gratiam filiationis baptizato offert, et illa per fidem a baptizato acceptatur, atque adeo animus ejus et conscientia in eadem intime acquiescit. I. Petr. III. 21.

XI. Quo accepto beneficio ad voluntatem suam voluntati Dei conformandam
bapti-

bapti
et vir
XI
esse c
virtut
cet in

Illuc
nos
dos, e
clesia
tio c
Groti
laico
clesia
sunt,
admit

II.
ubi v
aute
Mat
quoc
sacer
III

baptizatus ultro obligatur, quam ad rem et vires simul confert Baptismus. Tit. III. 5.

XII. Non possunt Reformati salutis suæ esse certi, quousque organicam baptismi virtutem inficiantur, quod vel nupera docet inter Jurium et Saurium concertatio.

DISPUT. XXXIIX.

de

SS. EUCHARISTIA.

I.

Illud Tertulliani : *ubi Ecclesiastici ordinis non est confessus, et offert et tingit sacerdos, qui est ibi, solus. Sed et ubi tres, Ecclesia est, licet laici*; recte a Nicol. Rigaltio contra Gabr. Albaspinæum et ab H. Grotio contra D. Petavium de libertate, laico in ea orbis parte, ubi ministri Ecclesiæ ordinati non sunt nec haberi possunt, concessa, utrumque Sacramentum administrandi, exauditur.

II. Et aptissima redditur ratio : quia, ubi vel tres sunt, Ecclesia est. Ecclesia autem ex jure sibi a Christo concessa Matth. XVI. 19. quemcunque velit, et quocunque momento velit, constituere sacerdotem potest.

III. Fanaticum autem est asserere, quod

F 2

in

in statu Ecclesiæ ordinario fidelibus quibusvis inter se liceat administrare Eucharistiam, et quod hæc functio nullibi in Scriptura ad ministerium sit alligata. 1. Cor. iv. 1. 2. Cor. v. 20.

IV. Cum nullum in Eucharistiæ institutæ historia indicium compareat, quod Christus suimetipsum in cæna hospes fuerit, frustra id asseritur.

V. Quo tamen non obstante Minister Ecclesiæ, (dummodo absit ordinis in quocunque loco usitati contemptus) sibi ipsi vel porrigere vel sumere sacra symbola æque potest, ac omnes possent alii, si in mensa propriis sumenda manibus, quod utique Ecclesia ordinante nihil prohiberet, exponerentur.

VI. Qui S. cœnam nunquam sine administrantis communionem celebrari debere contendunt, finem secundarium, qui in signanda civium Ecclesiæ communionem consistit, laudant, primum, qui est gratiæ Divinæ obsecratio, prætereunt.

VII. In symbolorum Eucharisticorum separata consecratione non representatur, ex instituto Christi, mors ejusdem.

VIII. Sacrificium est Eucharistia, quia comeditur in ea et bibitur id, quod aliquando verum fuit sacrificium. IX.

IX.
transfr
ad Ca
integra
lis gra
ne dig

X.
qua
næ D
baptiz
conco
distrib

XI.
corpu
men
ritum
mul

XII.
XI

minif
dem
tissim
insti
nan
cujus
præc
Sac
tegr
Dar

delibus qui-
are Eucha-
nullibi in
alligata. 1.

aristia insti-
reat, quod
hospes fue-

te Minister
inis in quo-
as) sibi ipsi
ra symbola
at alii, si in
ibus, quod
hil prohibe-

am sine ad-
brari debere
um, qui in
ommunionem
m, qui est
etereunt.

haristicorum
epresentatur,
usdem.

aristia, quia
d, quod ali-
n. IX.

IX. Non alia fit in cœna symbolorum transmutatio, quam ut, dicente in Epist. ad Cæsarium Chrysofomo, *panis natura integra manente, per consecrationis sacerdotalis gratiam, panis corporis Domini appellatione dignus efficiatur.*

X. Ut ob concomitantiam naturalem, qua posito Patre ponuntur omnes personæ Divinæ, in nomine unius et solius Patris baptizare non licet: ita nec ob eandem concomitantiam in cœna cum pane solum distribuere corpus.

XI. Materia S. Eucharistiæ solum est corpus solusque sanguinis Christi, qua tamen mediante et Christum ipsum et Spiritum S. et totam SS. Trinitatem fide simul accipimus nobisque unimus. 1. Cor. XII. 13.

XII. *Reformati veram cœnam integre administrant in sua Ecclesia, qualiscunque tandem eorum doctrina sit, quam de hoc sacratissimo animæ epulo adversus claram literam institutionis in Ecclesiis suis fovent, disseminant, inculcant. Positis enim Sacramenti alicujus partibus essentialibus, in actu ritus a Deo præcepti legitimo, ponitur in Ecclesia, cui soli Sacramenta propria sunt, ipsum verum et integrum Sacramentum. Tob. Wagnerus, Dannhawerus.*

DISPUT. XXXIX.

de

TESTAMENTIS.

I.

Testamentum et fœdus Scripturæ usu non aliter differunt, quam quod illud mortem, fœdus confirmantem involvat, hoc ab eadem præscindat.

II. Fœdus eodem Scripturæ usu est dispositio Divina de salute nostra, qua ratione eandem adipisci debeamus.

III. Pactum V. T. quamquam sub conditione pædagogica perfecte servatæ legis initum a DEO cum homine fuerit, nequaquam tamen promissiones habuit tantum terrenas, sed etiam spirituales atque cœlestes. Kônigius.

IV. Recte Chemnitius : *Vetus Testamentum est litera occidens, ministerium mortis et damnationis, generans ad servitutem, et doctrina seu lex tradita tabulis lapideis.*

V. Idem : *Novum Testamentum est Spiritus vivificans, ministerium justitiæ, Spiritus et vitæ.*

VI. Ex quo recte concluditur : *vetus fœdus neminem justificare potuit, Gal. III. 21. Hebr. VII. 18. 19. Novum una salutis via.* Dorscheus.

VII. Et

VII.

et antra

antiquo

stirpem

IIX.

justific

nem,

est ab

IX.

runt,

fide eo

12. c.

X.

hanc f

uberio

bique

XI.

lii De

32. it

nis et

sive i

XI

quoa

Hebr

VII. Et porro : *Novi Testamenti virtus et antrorsum et retrorsum ad sanctos patres sub antiquo fœdere, immo ad caput usque atque stirpem generis humani penetravit.*

IIIX. Lex moralis in N. T. neque quoad justificationem, neque quoad maledictionem, neque quoad rigorem exactionis est abrogata. Luc. x. 28.

IX. Fides eorum, qui sub V. T. vixerunt, quoad substantiam eadem est cum fide eorum, qui sub N. T. vivunt. Act. iv. 12. c. x. 43. c. xv. 11.

X. Revelatio tantum eorum, quæ ad hanc fidem pertinent, in N. T. clarior et uberior est quam in V., quamquam utrobique ad generandam fidem sufficiens.

XI. Ut sine incarnatione et passione Filii Dei salvari nemo poterat, Rom. iix. 32. ita nec sine notitia hujus incarnationis et passionis salvari quisquam sive in V. sive in N. T. potest. Joh. xvii. 3.

XII. Non dantur nisi duo Testamenta quoad substantiam talia. Jer. xxxi. 31. s. Hebr. iix. 6. s.

DISPUT. XL.

de

FIDE.

I.

Intempestiva et damnosa subtilitas est, notitiam ex partibus fidei eliminare, et ad conditiones, quæ necessario ad eandem prærequiruntur, referre.

II. Absurdum est notitiam fidei a scientia rerum sacrarum distinguere. Esa. LIII. 12. Hiob. XIX. 25.

III. Forma fidei, qua justificat, in receptione, adeoque in passione consistit, Joh. I. 12. quæ tamen eo momento, quo recipit, vivax et actiuosa est, beneficium, quod accepit, arcte tenendo. Gen. XXXII. 26. Gal. II. 20.

IV. Non ad omnem non repugnantiam fides consequitur, sed ad eam tantum, quæ receptionem gratiæ justificantis immediati antecedit. Act. XXVI. 19.

V. Qui enim primo gratiæ gradui non repugnat, repugnat autem vel secundo vel tertio, fidei particeps non redditur. Act. XXVI. 28.

VI. Apologia Aug. Conf. cum inquit: *illa virtus justificat, quæ apprehendit Christum, hæc autem virtus fides est, operi justifican-*

di virtu
adverfa
caritate
virtus
tutis ve
res fig
opus

VII

opus
plexus
benria
mi. G

VII

est obe
patro
non
rentis

IX

de gra
ta, a

per i
deseri
seria
di lib

X

statu
conf
absol

di

di virtutem non tribuit, sed occasione ex adversariorum argumento sumpta, quo caritatem, quia maxima juxta Apostolum virtus fit, justificare contendebant, virtutis vocem ad eam notionem, qua vires significat, quæ majus ipsa charitate opus efficiant, deflectit.

VII. Maxima autem fidei virtus seu opus est meriti Christi semel recepti complexus, in eodemque totius animi recumbentia: post illam charitas Dei et proximi. Gal. v. 6.

VIII. Eadem Apologia: *velle credere est obedientia erga Deum*, Socinianis non patrocinator, qui fidem per obedientiam, non tam verbo Evangelii, Christum offerentis, quam legis præstitam definiunt.

IX. Fidei vita primaria, interno animi de gratia accepta exultantis motu definita; a carnali securitate secernitur, partim per internam ejus formam verbo Divino descriptam, partim per exteriorem, si a serâ contritione ortum duxerit et peccandi libidinem vere extinguat. 2. Petr. 11. 20.

X. Si Christianismus pro eo hominis statu accipiatur, quo in gratia Divina is constituitur, sola fide ex parte hominis absolvitur. Act. 11x. 37.

F 5

XI. Si

XI. Si pro Christiani hominis officio, recte docuerunt etiam Catechetici libelli, Christianum non esse, nisi qui er recte credat et pie vivat.

XII. Non credunt infantes fide aliena, vel parentum vel patrinorum, sed sua, a fide adultorum essentialiter non diversa. Hab. II. 4.

DISPUT. XLI.

de

BONIS OPERIBUS.

I.

BOnum opus in rigore Divino non est, nisi quod legi perfecte conformatum est, cum quoad omnes animi corporisque facultates, tum quoad res omnes et actiones, ab iisdem proficiscentes, tum quoad intensiorem omnium agendi virium, toto vitæ tempore sine ulla interruptione exerendarum. Deut. VI. 5. I. Cor. XII. 8.

II. Unde bona opera vere perfecteque talia ne quidem in renatis dantur, nedum in gentilibus. Rom. VII. 19.

III. Vera tamen sunt bona opera gentilium, quæ legi quodammodo conformia sunt, Rom. II. 14. ut vera est noveritia, quam de Deo habent, Rom. I. 18. licet imperfectissima.

IV. Ve-

IV.

Christianor
um pe
lio Sp

imperf

V.

bono op
lam:

malur

VI.

theri
nisi pe

dum t

virtute

peccat

vere f

VI

suæ co

IIIX

status

mo su

ea in

se fid

XIX.

stian

IX

tum

nem

IV. Veriora sunt etiam legaliter Christianorum bona opera, quia ad principium perfectius regulantur, et fiunt auxilio Spiritus sancti, non obstante eorum imperfectione. Rom. 11. 7.

V. Recte interea B. Lutherus: *in omni bono opere est peccatum*. Idque juxta regulam: Bonum æstimatur ex integra causa, malum ex quovis defectu.

VI. Quamquam juxta Catechesin Lutheri *quotidie multifariam peccemus et nihil nisi pœnam mereamur*, Jac. 111. 2. dubitandum tamen non est, hominem renatum virtute gratiæ sibi inhabitantis ab omni peccato voluntario fidem excutiente cavere sibi posse. Rom. v. 20. 21.

VII. Id nisi posset, nunquam salutis suæ certus foret.

VIII. Nec tamen unquam ita securus status sui regenitus esse debet, quin animo suo recolat, peccatis mortalibus, etiam ea in re, ubi minime putaverit, jacturam se fidei facere posse. Phil. 11. 12. Psalm. xix. 13. Ideo enim vetus regula est: Christianorum vita perpetua pœnitentia.

IX. Ad absolutam Christianarum virtutum perfectionem in hac vita pervenire nemo potest, nec quisquam legem in rigore

gore Divinitus requisito implere. Eccl. VII. 21.

X. Datur tamen perfectio secundum quid seu inchoativa, Phil. III. 15. Col. IV. 12. et impletio legis, qua sua voluntate non peccent renati, sed inhærens tantum peccatum sentiant, contra votum suum recurrens. I. Joh. III. 6. 9. Jac, II. 8.

XI. *Regenitus, qui Spiritu Dei regitur, ex vero Dei Divinaque voluntatis amore officium facere studet et adversos peccati motus cohibet ac luctando vincit, ne unquam nisi per subitanam obreptionem secundum illos agat. Gal. v. 16. Rom. VIII. 7. 13. Schomerus.*

XII. *Lucta illa carnis et spiritus ubicunque reperitur, vita spiritualis reperitur, quam Spiritus Divini gratia in homine accendit, et ut fortius resistitur pravis concupiscentiis, majores facit renovatio progressus, cujus ultimum in hac vita complementum est, ut semper motus mali in ipsis suis initiis et primo quasi partu comprimantur. Idem.*

DISPUT. XLII.

de

MINISTERIO ECCLESIASTICO.

I.

VOcatio mediata ad Ministerium Ecclesiasticum recte dicitur Divina. Act.

xx. 28. Eph. iv. 11.

II. Ut non desinit Deus cooperari rebus creatis concursu generali, quamquam contra intentionem ipsius actioni multa interveniant: ita speciali concursu vocari ad ministerium potest, etsi plurimi interveniant abusus.

III. Non datur hodie Apostolatus proprie dictus, ut contendit Hadr. Saravia.

IV. Neque Lutherus immediate ad reformationis opus vocatus est, quamquam in ipso reformationis opere extraordinaria gratia et successu a Deo fuerit beatus.

V. Qui hodie vel vocationis suæ vel doctrinæ certitudinem immediatam, aut aliam quamcunque, nisi quæ est ex litera Scripturæ cum testificatione Spiritus S. conjunctæ, jactant, a Fanaticismo se nullo modo liberare possunt.

VI. Non tenemur hodie abire ad gentes barbaras, easque, quod magno conatu egit Baro Justinianus, convertere.

VII. Qui

VII. Qui in Barbarorum regionibus commercia tractant, rem Christiana charitate dignam faciunt, si et Barbarorum salutem per homines ad eam rem idoneos procurent.

IIIX. Excommunicatio major non ad solum ministerium ecclesiasticum pertinet. I. Cor. v. 4. Matth. xix. 17.

IX. Non conduceret Ecclesiæ, si unus omnibus reliquis præficeretur Episcopus, etiam supposita doctrinæ veritate.

X. Etiam irrogeniti ministri quoad donorum ministrantium possessionem officinæ sunt Spiritus sancti; quamquam ob ambiguitatem et ad vitandam calumniam termino absolute posito haud facile uti debeamus, argumento loci 2. Cor. vi. 16.

XI. Si dona sint paria, minister regenitus plus ædificat, quam irrogenitus. Imo idem dicendum, si regenitus minora habeat dona, irrogenitus autem sit notorie impius. Psalm. l. 16. 17.

XII. Si vero minister regenitus proponendi exigua aut nulla habeat dona, irrogenitus excellentia, cujus tamen impietas publice nota non sit, plus ædificare hunc quam illum non immerito creditur.

DISPUT. XLIII.

de

MAGISTRATU POLITICO.

I.

OMni Magistratui, etiam infideli et heterodoxo, vi mandati Divini et conscientiae parendum est. Rom. xiiii. 1.

II. Inde qui subditos vinculo liberat obedientiae, haeretico magistratui praestandae, Anti-Christi notam aperte incurrit, quae est efferre se super id, quod est et dicitur Deus, 2. Thess. ii. 4.

III. Magistratui exercitio tyranno vi resisti non debet. Rom. xiiii. 2.

IV. Clerici naturali et divino jure ab oneribus magistratui pendendis exempti non sunt. Rom. xiiii. 1. 7. Matth. xvii. 27. Quamquam gentium etiam more aequum est, privilegio exemptionis eosdem gaudere. Gen. xlvii. 22.

V. Magistratus imperium immediate est a Deo, non a populo, majestatem radicaliter possidente. Prov. iix. 15. Rom. xiiii. 1. Est enim magistratus vicarius Dei, non populi. Rom. xiiii. 4. Sap. vi. 5.

VI. Cum Reges non a Deo esse dicuntur,

tur,

tur, abusus potestatis, non potestas ipsa a Deo removetur. Os. IIX. 4.

VII. Cura veræ religionis in remp. introducendæ, in eaque conservandæ, ipso naturali jure ante omnia cetera magistratui incumbit; quod qui negant, gentilibus sunt detestabiliores.

IIIX. Vera autem religio non est nuda morum doctrina, ut Tolerantes in Anglia et Belgio somniant, sed mysteriorum Divinorum notitia. Joh. XVII. 3. Qua illa destituta cadaveris instar vita et spiritu destituitur.

IX. Quos in rep. hæreticos leges fundamentales et pacta sancte inita ferre jubent, eos violare nefas, nisi publicam rem turbent. 2. Sam. XXI. 1. seqq.

X. Qui per conniventiam feruntur, aut se nobis insinuant, in illos inquisitione sævire, iis eripere vitam, eosque fortunis spoliare, Christianum magistratum non decet, sed Anti Christianum.

XI. Non tamen ideo in sinu nostro aperti Christi hostes tolerandi sunt.

XII. Jus regium 1. Sam. IIX. II. jus verum est, in extremo necessitatis casu Regi exercendum, ut tamen simul ostendatur, id si in tyrannidem, ut facilius
quam

quam
gener
tui co
XIII.

S

PO
men
tiis o
sa, to
tum.

II.

XIIX

III

divin
stico
dume
conce
Eccle

noju

IV

bused
sent.

quam in aliis reip. formis fieri possit, degeneret, a Deo status immutationem ob sui contemptum sperandum non esse. *Ol. XIII. 10.*

DISPUT. XLIV.

de

STATU OECONOMICO.

I.

Polygamia Patrum in Vet. Test. quamquam naturali potius, generalius tamen dicto et in certis tantum circumstantiis obliganti, quam positivo juri adversa, tolerata fuit, non circa eam dispensatum. *Act. XIII. 18.*

II. Recte illa prohibita esse dicitur *Lev. XIX. 18.*

III. Cognitio rerum matrimonialium divino et naturali jure, jure item ecclesiastico veteri, ad Principem pertinet, stolidumque est, denegare Christiano quod conceditur gentili, ut recte in ipsa Rom. Ecclesia contra Galefium defendit *Lau-nojus.*

IV. Qui tolerari posse conjugia in quibusdam gradibus divinitus prohibitis censent, non omnes illos gradus aut morali

G

positi-

positivo aut naturali jure prohibitos esse dicere necesse habent.

V. Naturali autem jure gradus illos, quamquam inæqualiter, prohibitos esse, et pœna transgressoribus universim dictata, Ley. XIIX. 24. et obligatio gentilium ad eosdem convincit, I. Cor. v. 1.

VI. Consensus parentum non de honestate tantum est contrahendi conjugii, sed de necessitate. Num. xxx. 4. 14.

VII. Impotentia ante nuptias contracta solvit matrimonium, quippe quod sub tacita aptitudinis conditione, eaque honesta, fuerat initum.

VIII. Si tamen a spadone fuerit cum sciente et volente contractum et consummatum, non levia videntur argumenta, quæ tolerandum esse suadent, argumento loci I. Reg. 1. 2. 4. Theologi Lipsienses, Gryphiswaldenses, Regiomontani.

IX. Cœlibatus in se non est perfectior conjugio, sed conjugium cœlibatu. Gen. II. 18.

X. Malitiosa desertio quoad vinculum solvit matrimonium. I. Cor. VII. 12. 15. Nec Antonii a Mara rationes contrarium evincunt.

XI. Nec

XI
si qui

XI
te co
di cer

V
tam.

II
Eccl
dilect
collig
inter
fionis

III
Eccl
dem
doct
dum

IV
fallit

XI. Nec votum impedit matrimonium, si quis se continere nequit. 1. Cor. vii. 9.

XII. Votum tamen continentiae absolute conceptum, nisi de potentia continendi certus sis, impium est.

DISPUT. XLV.

de

ECCLESIA.

I.

Vera Ecclesia est, quae complectitur et docet veritatem in Scriptura revelatam. Joh. xvii. 17.

II. Quamquam vero sola fide membra Ecclesiae formaliter constituamur, tamen *dilectio simul est vinculum et colligatio, qua colligantur et copulantur plura membra Ecclesiae inter sese, Col. iii. 14. Apol. Aug. Confessionis.*

III. Non est primus fidei articulus: *credo Ecclesiam*; nec initium informationis ad fidem Christianam ordine vel naturae vel doctrinae ab auctoritate Ecclesiae faciendum. Rom. x. 17.

IV. Tota Ecclesia visibilis non est infallibilis.

V. Sola Lutherana Ecclesia, siue fidem spectes, in August. Confessione comprehensam, siue congregationem exteriorem, est vera Ecclesia.

VI. Romana Ecclesia non est vera Ecclesia. In Romana tamen Ecclesia hodierna quædam membra sunt veræ Ecclesiæ; in Romana autem Ecclesia ante Lutherum integræ etiam veræ Ecclesiæ partes fuerunt.

VII. Romana Ecclesia quoad verbi Divini alienam a glossis propositionem et administrationem Baptismi, quod ad essentialia ejusdem spectat, non est nulla Ecclesia.

VIII. In Romana Ecclesia qua tali, et ut est Lutherana quoad doctrinam opposita, vi hujus doctrinæ nemo salvari potest.

IX. Non negant, nec negare possunt Pontificii, in ipsa Lutherana Ecclesia plurimos salvari.

X. Romana Ecclesia Catholica dicenda non est, argumento loci 2. Cor. XI. 5. 12. Qui e nostris Romanos Catholicos appellant, eodem id sensu et libertate faciunt, qua Judæos vocamus Judæos, Apoc. 11. 9. Lutherani vero ægre non ferunt, si non di-

cantur

cantur
tholic
non fr
Dom

XI.
mia r
in ea

XI
busda
rem e

tur,

1. 2. 1.

ut fan

siue a

ejus

per i

isma

N
ade
nic

five fidem
e compre-
exteriorem,

cantur Catholici, quamquam vere sint Ca-
tholici, quia nec Deus agre tulit, si dictus
non fuit Dominus, quamquam vere fuerit
Dominus. Os. 11. 16. 17.

t vera Ec-
clesia ho-
vera Eccle-
a ante Lu-
esia partes

XI. Lutheranam Ecclesiam Babelis infam-
ia non notant, nisi qui ipsi confundere
in eadem omnia adlaborant.

verbi Di-
nem et ad-
d essentia-
a Ecclesia.
a tali, et ut
o opposita,
i potest.

XII. Si tamen exterior illius status in qui-
busdam locis ita corruptus esset, ut gravio-
rem etiam appellationis censuram merere-
tur, exemplo urbis Hierosolymitanæ, Esa.
1. 21. Ezech. xvi. per tot. tamen separatio,
ut sanctius vivi possit, instituenda non est,
sive a toto Ecclesie corpore, sive a parte
ejusdem, aut per conventus privatos, aut
per instituta clancularia collegia alia, schi-
sma tandem inducentia. Ephes. iv. 1. sq.

re possunt
cclesia plu-

DISPUT. XLVI.

de

CONCILIIS.

I.

ca dicenda
. xi. 5. 12.
icos appel-
ate faciunt,
poc. 11. 9.
t, si non di-
cantur

NULLUM datur Concilium, quod Eccle-
siam universam exacte representet,
adeoque nullum Concilium vere œcume-
nicum et universale est.

G 3

II. Quare

II. Quare nec Conciliorum universalium canones, sive quoad doctrinam, sive quoad mores, eo quod sunt talium Conciliorum canones, ab erroris periculo sunt immunes.

III. Recte Edm. Richerius, Pontificius Gallus, in fronte Historiæ Conciliorum generalium: *Constantinus M. atque alii Imperatores Christiani, velut communes Episcopi et exterioris disciplina assertores, octo prima Concilia universalia pro juris divini, naturalis et canonici vindiciis indixerunt et congregarunt.*

IV. Non potest Imperator sine imminutione majestatis suæ hoc jus alienando transferre in Pontificem, ut, quod sua natura est imperii politici, fiat juris ecclesiastici. Rom. XIII. I.

V. Qui vero Concilia convocandi jus habet, longe magis jure gaudet suffragii in Conciliis una cum aliis laicis, rerum sacrarum peritis, ferendi. Act. xv. 6. 22.

VI. Synodorum naturam imitantur similemque effectum habent instituta supremi Magistratus auctoritate colloquia, immo collationes sententiarum per epistolas inter absentes. 1. Cor. v. 3. 4.

VII. Hospes

VII. Hospes sit in antiquitate, qui ignoret, innumeras particulares Synodos non de moribus tantum sed et de fide tractasse.

VIII. Liberalius æquo etiam de sui temporis Conciliis dictum est illud a Nazianzeno: *Nullius Concilii finem latum et faustum vidi, nec quod depulsionem malorum potius quam acceptionem et incrementum habuerit.*

IX. Non est alia vel ostensa in verbo vel a Christo et Apostolis consecrata veritatis indagandæ via, quam colloquia et disputationes. Matth. xxii. 34.

X. Concilia res credendas non definiunt, sed definitas in Scriptura, veritatem a falsitate discernendo, declarant.

XI. Quare norma Conciliorum est Scriptura sacra eaque sola.

XII. Quum in Conciliis ad anteriores Ecclesiæ doctores provocatur, id tantum agitur, ut ostendatur errorem, de quo quæstio est, et noviter esse introductum, et jam olim ab antiquis rejectum.

DISPUT. XLVII.

de

ANTI-CHRISTO.

I.

Persuasum nobis esse debet, luce meridiana
 clarius esse, quod omnes Anti-Christi nota,
 omnia elogia, quæ apud Paulum inveniuntur,
 exacte quadrent in Rom. Pontificem. Calixtus.

II. Primaria illa nota: extollere se super
 omne id, quod dicitur Deus aut religio, et osten-
 tare se esse Deum, non tam de potestatis
 usurpatione quam arrogatione, non tam
 de praxi quam doctrina intellecta, et omni
 et soli Pontifici et semper competit.

III. Anti-Christus, qua primatum spi-
 ritualem, in Bonifacio I I I. qui, ut Roma-
 na Ecclesia caput omnium Ecclesiarum di-
 ceretur, a Phoca parricida obtinuit, qua
 temporalem, in Gregorio V I I. qui dicta-
 tus de omnipotentia Pontificia condidit,
 adultus factus esse merito dicitur.

IV. Non lædit Imperatoriam Majesta-
 tem, qui eandem subesse Pontifici, tan-
 quam præfuli, profitetur: sicut Apostoli
 non læserunt Imperatorum gentilium ma-
 jestatem, quam sacrosanctam habuerunt,

Rom.

Rom.

Deos

II. 2.

V.

gumc

id, c

pra f

vole

V

nus,

pro

vato

V

fice

lis E

tion-

pora

direc

V

Papa

tant

sim

I

ciur

fece

Y

Rom. xiiii. 1. sq. quando simul docuerunt Deos, quos coluerunt, esse damonas. Eph. 11. 2.

V. Nemo unquam Imperatorum Regumque Pontificis arrogatam supra omne id, quod dicitur Deus, atque adeo et supra sese potestatem agnovit, nedum sciens volensque ei sese subjecit.

VI. Non est infallibilis Pontifex Romanus, sive in rebus fidei sive facti, sive dum pro cathedra fert sententiam, sive dum privato nomine decidit.

VII. Veræ sunt Cleri Gallicani de Pontifice, si is etiam pro universalis Occidentalis Ecclesiæ Episcopo habeatur, propositiones, quarum prima est: Papam in temporalia nullam habere potestatem, sive directam sive indirectam.

VIII. Secunda: Concilium esse supra Papam, vi Concilii Constantiensis, non tantum de tempore schismatis sed universim intelligendi.

IX. Tertia: Ad canones Pontificis iudicium esse adstrictum. Quicquid contra fecerit, irritum esse.

X. Quarta: Si Pontifex præcipuam ha-

beat in rebus fidei auctoritatem, ejus tamen decisiones non accedente Ecclesiæ consensu, certas et infallibiles non esse.

XI. Monstrosa fuit Romana Ecclesia, si juxta Ant. Arnaldum duo habuit principio capita, Petrum et Paulum, etiam quando sententia juxta Innocentium x. cum subordinatione intelligatur Pauli a Petro.

XII. Absurdum est, Pontifici a Principe Evangelico titulum tribui *sanctissimi Patris*, sub specie ceremoniæ civilis: absurdius, sub eodem prætextu, ut magno Italiæ Domino, ejusdem pedibus oscula figi.

DISPUT. XLIIII.

de

MORTE ET RESURRECTIONE.

I.

DEus non est causa mortis, meritum ejus vel decernendo vel infligendo præcedens, Ez. xxxiiii. 11. et nec quidem secundum naturam suam esse potest. Matth. xix. 17. Est tamen causa mortem, si præcesserit meritum, et interminans, Psalm. vii. 12. 13. 14. et infligens, 1. Sam. 11. 6.

II. Fatalis est vitæ terminus ordinariæ ad præ-

pravit

accele

dinari

Dei be

III.

earum

sibi e

men

in ho

Esa. I

IV

beni

test e

et co

rectio

opta

V.

schen

procu

giato

potes

Apoc

repug

V

plis e

rem

19. c

prævisionem causarum, mortem libere vel accelerantium vel producentium, extraordinarie ad absolutum quidem, sed justum Dei beneplacitum. Hiob. xiv. 5.

III. Non amittunt animæ demortuorum earum rerum notitiam, quam in hac vita sibi comparaverant, Luc. xvi. 28. non tamen probabile est, novam eos rerum, quæ in hoc orbe geruntur, scientiam acquirere. Esa. lxiv. 16.

IV. *Orationem pro mortuis nos non prohibemus.* Apologia August. Confessionis. Potest enim iisdem a Deo et quies in sepulcris et conjunctio corporis cum anima in resurrectione et beatitudo totius compositi exoptari.

V. Animarum post mortem in assumpto schemate apparitio non nisi per fabulosa et procurata aut Satanæ aut aliorum præstigiatorum technis exempla verisimilis reddi potest, et animarum beatarum pariter, Apoc. xiv. 13. atque damnatarum statui repugnat, Luc. xvi. 26.

VI. Ordini Divino, in Scripturæ exemplis ostenso, præcipue humatio, in pulverem corpus honeste resolvens, Gen. iii. 19. conveniens est: a qua quo remotius

alii

alii sepeliendi modi, qui vel corpus vi quadam consumunt, vel a corruptione præservant, recedunt, eo minus Christianismo convenire putandi sunt.

VII. Non datur locus post mortem intermedius, in quo sive pro pœnis hic pro meritis satisfaciant animæ, sive delictorum pœnitentiam agant et salventur. Hebr. ix. 27.

VIII. Ut bis demortui extra ordinem, ad declarandam Divinam potentiam, bis naturæ debitum solverunt: ita et extra ordinem eorum animas in loco statuve tertio fuisse et labe originali commaculatas mansisse absurdum non est.

IX. Quamquam mors corporalis ex accidenti decretæ reparationis sit pœna peccati, tamen non corporalem sed æternam mortem Deus homini in verbis: *quo die peccaveris, morte morieris*, est interminatus, Calovius.

X. Duplicem resurrectionem corporalem posthac futuram ignorat Scriptura. Joh. v. 28. 29. cap. vi. 29. 40.

XI. Resurrectio ejusdem carnis ad eum modum concepta, quo fluvius, quamquam semper mutata aqua, idem fluvius manet,

manet
Brown
ejusde

XII

tione
tutio
omni
et Ph
bilitat
ex rat
non d

PAR

P mo

Joh. 1

vel sal

1. 23.

solenn

comp

II.

tremi

culæ

manet, ut eandem in Religione Medici Th. Brownius repræsentat, non est resurrectio ejusdem numero carnis.

XII. Non ideo carnis resurrectio ex ratione non innotescit, quia, *ut carnis restitutio negetur*, dicente Tertulliano, *de una omnium Philosophorum schola sumitur*: nam et Philosophi gentiles resurrectionis possibilitatem negarunt, de qua tamen, quin ex ratione innotescat, inter Christianos non dubitatur.

DISPUT. XLIX.

de

EXTREMO JUDICIO.

I.

Particulare judicium, ut ante ita et post mortem in quamlibet animam latum, Joh. 111. 18. eidemque vel damnationem vel salutem addicens, Apoc. XIV. 13. Phil. 1. 23. non tollit judicium universale et solenne, quod sententiam fert in totum compositum. Matth. xxv. 31.

II. Inepte a Greg. Franco pro signis extremi diei propriis venditantur tum maculæ solares, tum quod sol ex Mathematicorum

corum calculo xxxvi. semidiаметris terræ nobis appropinquaverit magis quam antea.

III. Neque Eclipses neque Cometæ inter signa extremi diei propria merentur recenseri.

IV. Per signum Filii hominis, jam jam venturum demonstrans, omnium probabilissime intelligitur majestas venientis, consistens et in splendore corporis Christi, et in clatitate nubis, cui insidebit, et in comitatu angelico perquam glorioso, et in sonitu vocis, instar tubæ, vehementi atque terribili. Matth. xxiv. 30.

V. Locus extremi judicii, quia nusquam revelatus, impune ignoratur.

VI. Provocatio ad vallem Josaphat ut ipso nomine superstitionosa, ita quoad rem ipsam Christianæ erga proximum charitati est adversa. Matth. v. 44. Act. vii. 60.

VII. Publicabuntur generaliter in hoc judicio, sine ulla tamen exprobratione, immo cum laude ob actam de iis pœnitentiam, etiam electorum peccata, sub prædicata ubique Scripturarum et rerum et personarum judicandarum universalitate comprehensa. Apoc. xx. 12. Eccl. xii. 14. Rom. xiv. 10. 12. Hülsemannus, Scherzerus.

VIII.
um est,

et non c
Joh. 111

IX. U

dicium
ftus no
mundu
cap. vi.

X. Ie
gloria f
mnando
consum
4. 10.

XI. M

to dem
thi et Pa
saniores
fia glorie
hodie qu

XII. C

bus fing
verbis e
docetur
consum
sed mille
resuscita

VIII.

VIII. Norma extremi judicii Evangelium est, cui credendo salvabuntur fideles et non credendo condemnabuntur impii. Joh. III. 18. Marc. XVI. 16.

IX. Unum datur tantum extremum judicium et unus dies extremus, quo Christus non partem mundi, sed universum mundum judicaturus est. Joh. v. 28. 29. cap. VI. 39. 40. cap. XI. 24.

X. Idque conjunctum erit cum æterna gloria salvandorum et æterna pœna damnandorum, Matth. XXV. 31. 46. et cum consummatione universi, 2. Petr. III. 4. 10.

XI. Non potest certo et solido argumento demonstrari, ullam fuisse inter Cerinthi et Papiæ chiliasmum differentiam. Nec saniores Judæi unquam alias in regno Messix gloriose delicias, quam quales Chiliastræ hodieque somniant, expectarunt.

XII. Cum Chiliasmus recentior omnibus singulisque articuli XVII. Aug. Conf. verbis e diametro sit adversus, utpote quo docetur, Christum non appariturum in consummatione mundi ad judicandum, sed mille ante annis, nec mortuos omnes resuscitaturum, sed pios tantum et ex impiis

piis sceleratiores, nec piis et electis datu-
rum vitam æternam, sed temporalem, ex
qua ad æternam post mille annos transaturi
sint, nec impios homines ac diabolos con-
demnaturum, ut sine fine crucientur, sed
illos juxta æternum Evangelium post æter-
nitates æternitatum ex cruciatibus istis li-
beraturum, inque pristinum primumque
felicitatis statum reducturum esse: quomo-
do ulla specie dubitari potest, hunc ipsum
Chiliasmum in antithesi rejectum esse at-
que damnatum?

DISPUT. L. ET ULTIMA.

de

CONSUMMATIONE MUNDI.

I.

PROBABILIUS est, conflagrationem universi
judicium extremum secuturam esse,
quam antecessuram; nec contrarium Ap.
xx. 11. dicitur, nisi et mortuorum resusci-
tationem, v. 12. eandem sequi velimus,
quod absurdum.

II. Peribit autem mundus secundum
substantiam, Luc. XXI. 33.

III. Cum omnia corpora cœlestia Deut.

IV. 19.

IV. 19.

16. hon

terram,

esse igne

IV. C

quit: n

teriorem

ne dep

enim na

ruptum

dam, qu

mutatio

rali non

V. P

qua Th

mundi

exigens

tempo

VI. C

operum

stagnum

piorum

sistunt,

dum,

tanqua

cuta fir

mi amp

IV. 19. una cum orbe terreno Psalm. cxv. 16. hominis causa condita sint, non solam terram, sed et cœlum universum periturum esse igne, ultro intelligitur. 2. Petr. 111. 7.

IV. Cum Apologia August. Confess. inquit: *naturam senescere et fieri paulatim deteriore*, de morum corruptione in homine depravato id intelligendum est; nec enim natura ipsa senescit, nec naturæ corruptum magis quam antehac statum quædam, quæ in variis orbis partibus contingere, mutationes arguunt. Vi enim supernaturali non naturali interiturus est mundus.

V. Perabsurda et in Dei potentiam iniqua Thomæ Burnetii opinio est, etiam mundi consummationem ad naturæ leges exigens, et conflagrationi ejusdem longum temporis spatium concedens.

VI. Cum in descriptione ultimorum Dei operum, quæ in conjectione impiorum in stagnum ignis Ap. xx. 15. et introductione piorum in æterna gaudia Ap. xxi 1. 5. consistunt, nihil amplius supersit Christo agendum, 1. Cor. xv. 24. sed omnis prophetia, tanquam jam penitus impleta, finem affecta sit, quippe cui addi nihil et nihil de-
mi amplius queat, Ap. xxi 1. 18. omneque

hominum genus in fine omnium rerum fit vel in civitate sancta, vel extra eandem, Apoc. XXI. 14. 15. atque adeo jam tum omnia nova facta, seu in pristinum statum pro beneplacito Divino reducta sint, Ap. XXI. 5. quomodo ἀποκατάστασις πάντων, *restitutio omnium*, Act. III. 21. etiam ipsorum hominum et diabolorum damnatorum, post plurimas æternitatum æternitates, reparationem et salutem complecti potest?

VII. Si ideo damnati e pœnis suis eluctabuntur, quia cruciabuntur non æternum absolute, sed in æternitates æternitatum, id est, certas limitatasque æternitatum periodos, finem aliquando habituras, tum et salvati iterum excident e salute, quia et ipsi regnabunt in æternitates æternitatum, Apoc. XXI. 5. atque adeo circulus omnium rerum Origenianus reducetur.

VIII. Non ideo finem habituri sunt damnatorum cruciatus, quia rationi nostræ crudele et tyrannicum videtur, Deum longe optimum benignissimumque creaturas suas, quantumvis rebelles, æternis ineffabilibusque tormentis subicere: quia æque rationi nostræ crudele videtur, creaturas Dei, quantumvis peccantes, in innume-

ras

ras æterni
tamen d
Apoc. xIX. C
manam
mortis
14. nec
32. non
14. ergo
strictos
salvandX. C
num eo
æterna
luta æ
nuitur
nec ext
tum in
ponituScriptur
quod finXI.
cunqu
Matth
2. Tim
nem r
sunt.

ras æternitatum æternitates cruciari, quod tamen de iisdem enunciari in confesso est. Apoc. xx. 10.

IX. Cum Christus ideo assumeret humanam naturam, ut hominem a vinculis mortis atque inferni redimeret, Hebr. 11. 14. nec aliter redimere posset, Rom. 119. 32. non autem assumeret angelos, Hebr. 11. 14. ergo nec angelos, vinculis inferni constrictos, Ep. Jud. vers. 6. ex inferno, olim salvandos, redemit.

X. Quando supplicium infernale æternum eo modo dicitur, quo et vita gloriosa æterna erit, Matth. xxv. 46. vulgare absolutæ æternitatis significatum ipsa litera innuitur, quæ majori *ἰμψάσει* per non mori nec extinguī Marc. ix. 44. perque tormentum in æternitatem æternitatum durans exponitur Apoc. xx. 10. *Quibus verbis nihil Scriptura divina significare consuevit, nisi quod finem non habet temporis,* ait Augustinus.

XI. Deterrima ante finem mundi quemcunque tempora, qualia prædicit Christus Matth. xxiv. 37. sq. et describit Paulus 2. Tim. 111. 1. sq. cum Chiliastica ante finem mundi felicitate consistere non possunt.

XII. *Distinctio inter Evangelium de fide ab Apostolis prædicatum, Evangelium de regno, quod novissimis his temporibus in Ecclesia personuit, et Evangelium æternum de restitutione omnium rerum, novissime ab Angelo (mare an fœmina? nam et apud Psellum Timotheus dubitat, an non detur etiam δαιμότιον θῆλυ,) non quidem per cœlum, per terram tamen, publico scripto volante, evulgatum, ipsa novitate sua veris Evangelii professoribus suspecta merito habetur.*



c. 7. X de voto.

NDL. nan dieses vinculum inter ecclesiam et 13
opum dem vinculo matrimoniali et spi-
de fide gleich gehalten,

c. 46. X de elect.

ibus in es von solcher Wichtigkeit angesehen wor= 14
ater- vt solus papa inter catholicos illud dis-
n, no- re possit tanquam vicarius Dei,

c. 1. 2. 3. X de translat. episc.

at, an- resignare possit episcopus absque pon- 15
on qui- consensu,

c. 4. X eod.

publi- ann 9) die natura et qualitas beneficio- 16
sa no- ecclesiasticorum, wozu die Geistliche in-
ori- te berufen werden, mit sich zu bringen
et, vt ius irrevocabile in ministerium ec-
transferatur,

ZIEGLER *de episc. lib. III. c. 16. §.*
1. §q.

in feudis fieri solet, quorum rationem
beneficia ecclesiastica habent.

ESPEN *de iur. eccles. P. II. tit. 18. c. 1.*
§. 2. §q.

ro wenn 10) allenfalls eine dimission, 17
st resignatio officii ecclesiastici, gesche-
ste, solche wol ohne wichtige Ursache, nicht
ben kan, eben so wenig als ein Lehn sine
iusta et graui nicht reuociret werden

keine geringe Sünde seyn, wenn wir
verstossen solten, die die Gaben ihrer
sicht heilig und untadelich darbringen.
Dann wir sehen, daß ihr einige hie
gebracht habet, die doch wohl gewar
haben, aus dem Amte, damit sie do
tadelich beehret worden zc. gegen welche
ne Erinnerung leicht gehandelt werden
wenn die hohe Landes-Obrigkeit, auch
geistlichen Oberbothmäßigkeit, die Geis
so ihm etwa nicht anstehen, schlechterding
mittiren, und ihnen ihr Amt aufkündigen
21 14) im gegenwärtigen casu um desto be
cher ist, als sich der Superintendens N. i
weitläufigen exculpations-Schrift vor
Anstoß exculpiret zu haben vermeinet
durchgehends die Schuld auf seine Frau
welche ihm aus blosser jalousie so viel
salen und Widerwärtigkeit, worüber er
sich sehr beklaget, verursacht:

Rationes decidendi

22 Weil aber dennoch 1) hierbey anfäng
grosser Unterschied inter principem eu
eum, qui ius supremum circa sacra
und weit mehr als episcopalem pot
exerciret, quippe quæ dependens et
dum limitata est,

23 STRYK. *de iur. papali princip. e*
c. 1.

D. JOAN. FECHTII,

Colour & Grey Control Chart



SYLLOGE

IN

ACADEMIA LUDOVICIANA

IN USUM DISPUTANDI EXERCITIORUM
COLLEGIORUMQUE PRIVATORUM
DENUO EDITA



TENDENTE, FACULT. THEOL. H.T. DECANO.

GIESSÆ,
APUD JOANNEM MULLERUM,
A. MDCC XXXVI.